ἀνοίας τεκμήριον. καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ τοιοῦτος ὢν ἐβασίλευεν, ἐπεὶ καὶ ἄλλοι τινὲς προηγήσαντο Ῥώμης, ὧν τὰς πράξεις καὶ τὰς ἀλόγους ὁρμὰς ἀμήχανον ἀκοῇ παραδέξασθαι· τοὺς Νέρωνας καὶ τοὺς Ἀβίτους μοι νόει καὶ Γάλβας καὶ Ὄθωνας, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ τούτων ἐσμός.

Μετὰ τὴν ἅλωσιν Ῥώμης τελευτᾷ Ὁνώριος ὑδεριάσας, βιώ- B σας ἔτη μ′, βασιλεύσας δὲ λα′, μνήμην λιπὼν τῷ βίῳ δυσκλεᾶ καὶ ἄσεμνον. δηλωθείσης δὲ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις ἡμέρας ς′. Θεοδόσιος δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς Ὁνωρίου τελευτῆς ἦγε τῆς ἡλικίας ἔτος κδ′, τῆς δὲ βασιλείας ιζ′. ὁ δὲ τούτου τροφεὺς Ἀντίοχος, κατὰ τὴν κωμῳδίαν, "ἤστραπτεν, ἐβρόντα, συνεκύκα τὰ πράγματα." ἐγγὺς τοίνυν ἀναρχίας καὶ λῃστῶν πλήρη τὰ πάντα.

Τῷ ε′ ἔτει Ἰουδαῖοι ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πολλὰ κακὰ Χριστιανοῖς ἐπεδείξαντο. συνθέμενοι γὰρ πρὸς ἀλλήλους γνώρισμα φορεῖν δακτύλιον ἀπὸ φοίνικος, τῇ νυκτὶ βοᾶν παρεσκεύασαν κήρυκας C ὅτι ἡ ἐκκλησία ἀνεπρήσθη, τῶν δὲ Χριστιανῶν συνδραμόντων τούτους οἱ Ἰουδαῖοι κατέσφαξαν. φωραθέντος οὖν τοῦ δράματος οἱ Χριστιανοὶ ἄρχοντες τούτους τῆς Ἀλεξανδρείας ἐξήλασαν καὶ τὰς ὑποστάσεις αὐτῶν ἐδήμευσαν. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἡ μακαρία Πουλχερία τελείως τῶν πραγμάτων ἐκράτει, τοῦ Πέρσου Ἀντιόχου ἐκποδὼν γεγονότος. τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ πολλοὶ ἐν Περσίδι

liditatis, ne dicam insaniae hominis argumentum. neque est quod mireris talem hominem imperium tenuisse, cum alii quoque Romae imperaverint quorum facinora et insanae cupiditates auditum offendunt: considera enim Nerones Avitos Galbas Othones et si qui alii huius farinae fuerunt.

Capta Roma Honorius ex aqua intercute moritur, cum vixisset annos quadraginta, imperasset triginta unum, vitae suae relicta infami et illaudabili memoria. morte eius Cpolin annuntiata tumultuatum tota urbe est per dies sex. quo tempore Honorius decessit, Theodosius annum agebat aetatis vigesimum quartum, imperii decimum septimum. eius autem paedagogus Antiochus, id quod in comoedia est, "turbabat omnia fulgurans et intonans." itaque imperium prope nullum fuit, omniaque latronum plena.

Anno quinto Iudaei Alexandreae Christianos pessime tractaverunt. cum enim tesserae loco composuissent annuli de palmae fronde gestationem, noctu per praecones exclamari curaverunt ecclesiam esse incensam, et Christianos ad restinguendum incendium concurrentes interfecerunt. re comperta magistratus Christiani Iudaeos Alexandrea expulerunt, eorumque bona publicaverunt. eodem anno beata Pulcheria toti rerum summae praefuit, submoto Persa Antiocho. eodem anno Magi in

Χριστιανοὶ ὑπὸ τῶν μάγων μάρτυρες γεγόνασι. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει πάλιν ἀπὸ τοῦ ἐμπρησμοῦ ἀνεκαινίσθη ἡ μεγάλη ἐκκλησία.

D Τῷ ζ' ἔτει Ἰουδαῖοι εἰς τὸν Ἴμμον πεδίον Χριστιανὸν παῖδα συλλαβόντες, ὡς παίζοντες δῆθεν καὶ τὸν σταυρὸν διασύροντες, τοῦτον ἐκρέμασαν ἐπὶ ξύλου, ἀνελόντες βασάνοις. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς τοὺς Ἰουδαίους πρεπόντως ἐκόλασε.

Τῷ ιδ' ἔτει λιμὸς γέγονεν ἐν Πόντῳ, ὥστε τοὺς Παφλαγόνας εὐνουχίσαντας τὰ ἴδια τέκνα πιπράσκειν. τούτῳ τῷ ἔτει ἐτελεύτησεν ἐν Ἀθήναις Λεόντιος ὁ φιλόσοφος, ὃς ἔγραψεν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ "τὴν μὲν οὐσίαν μου πᾶσαν καταλιμπάνω τοῖς υἱοῖς μου, Ἀθηναΐδι δὲ τῇ ἐμῇ θυγατρὶ ἀφίω δοθῆναι χρυσίου νομίσματα ἑκατόν· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῇ ἡ τύχη αὐτῆς." ταύτην τὴν Ἀθηναΐδα ἐξ Ἀθηνῶν εἰσαχθεῖσαν θεασαμένη ἡ Πουλχερία
P 337 κάλλει σώματος διαπρέπουσαν καὶ συνέσει ψυχῆς καλλυνομένην καὶ λόγῳ κεκοσμημένην, πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Ἀττικὸν ἀποστείλασα ἐβάπτισεν, Εὐδοκίαν μετονομάσασα· ἥντινα καὶ τῷ ταύτης ἀδελφῷ καὶ βασιλεῖ συνέζευξεν εἰς γυναῖκα. τούτῳ τῷ ἔτει Ἀττικὸς ὁ ἐπίσκοπος Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου τὸ ὄνομα ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις συνέταξε. τελευτᾷ δὲ Ἀττικὸς ὁ πατριάρχης, καὶ χειροτονεῖται Σισίνιος.

Ἀλλὰ τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ οὔσῃ τῇ Εὐδοκίᾳ λοξὸν ὁ φθόνος ἐμβαλὼν ὄμμα τοιοῦτον κατειργάσατο δρᾶμα ἐσύστερον. Παυλῖνός τις μάγιστρος ἠγαπᾶτο παρὰ τῆς Εὐδοκίας ὡς ὢν λογιώ-

2 ὑπὸ P

Perside multos Christianos martyrio affecerunt, et magnum templum ab incendio refectum est.

Septimo anno Iudaei in campo Immo Christianum puerum captum, ludibrii ac crucis deridendae causa excarnificatum, de ligno suspenderunt. quos imperator, re patefacta, dignis ultus est suppliciis.

Anno 14 fames fuit in Ponto tanta ut Paphlagones suos filios castraverint itaque vendiderint. eodem anno mortuus est Athenis Leontius philosophus. is testamento suo omnes facultates filiis legavit, Athenaidi filiae tantum aureos 100, addita hac causa "sua ei sufficiet fortuna." hanc Athenaidem Athenis Cpolin adductam cum videret Pulcheria et forma corporis praestare et ingenio esse egregio atque facundia ornatam, ad archiepiscopum urbis Atticum missam baptizavit, Eudociaeque nomen fecit, imperatorique fratri suo nuptum tradidit. eodem anno Atticus episcopus Ioannis Chrysostomi nomen in sacras tabulas rettulit. Attico patriarcha mortuo subrogatur Sisinnius.

Enimvero Eudociae, tali ac tam praeclarae feminae, facinus invidiae huiusmodi actionem intentavit. Paulinus quidam magister eruditionis ac elegantiae causa ab Eudocia diligebatur; solebatque cum eo

τατος καὶ ὡραιότατος, ᾧ τινὶ συχνῶς τε καὶ ἰδίως συνετύγχανεν B ὡς συμπράξαντι τοῖς γάμοις αὐτῆς. τῇ οὖν ἡμέρᾳ τῶν ἁγίων θεοφανιῶν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἀπιόντος τοῦ βασιλέως προσήγαγέ τις αὐτῷ ἐξ Ἀσίας πένης μῆλον μέγα καὶ ὑπερφυές, ὅπερ ἀπέστειλε τῇ Αὐγούστῃ, δεδωκὼς τῷ πένητι νομίσματα ἑκατόν. αὐτὴ δὲ νοσοῦντι τότε Παυλίνῳ ἀπέστειλεν ἀρραβῶνα τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. ὁ δὲ Παυλῖνος ἀγνοῶν μετὰ δύο ἡμέρας ἀπέστειλεν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτο γνωρίσας ἔκρυψε, καὶ εἰσελθὼν λέγει τῇ Αὐγούστῃ "ποῦ ἐστὶ τὸ μῆλον ὅπερ σοι ἀπέστειλα;" ἡ δὲ εἶπεν "ἔφαγον αὐτό." καὶ πάλιν ὥρκωσεν αὐτὴν τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ, λέγων "μή τινι τοῦτο πέπομφας;" ἡ δὲ πάλιν εἶπε φαγεῖν αὐτό, προσθεῖσα καὶ τὴν σωτηρίαν τοῦ βασι- C λέως. τότε εἰς ὀργὴν κινηθεὶς ὁ βασιλεὺς κελεύει τὸ μῆλον εἰσενεχθῆναι, τὸν δὲ Παυλῖνον ἀποστείλας τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἀπεκεφάλισεν. ἔκτοτε δὲ γέγονε μεταξὺ αὐτῶν λύπη καὶ ἀπομερισμός. γνοῦσα δὲ τοῦτο ἡ Αὔγουστα, καὶ αἰσχυνθεῖσα ὡς ὑβρίσθη, ἐξώρμησεν εἰς τοὺς ἁγίους τόπους, καὶ τελευτᾷ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ θάπτεται ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου. ἐν δὲ τῷ τελευτᾶν αὐτὴν ἐπωμόσατο μὴ συνειδέναι τῇ κατ' αὐτῆς κατηγορίᾳ ἕνεκεν Παυλίνου. γράφουσι δέ τινες πληρωθῆναι ἐπ' αὐτῇ τό "ἀγάθυνον κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου τὴν Σιών, καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ D τείχη Ἱερουσαλήμ" διὰ τὸ πολλὰ ἀγαθὰ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτὴν πεποιηκέναι μετὰ Ἑλένην τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου μητέρα.

crebro et seorsim colloqui, ut a quo esset in nuptiis contrahendis adiuta. accidit autem ut solemni divinae apparitionis die imperatori ad magnum templum eunti pauper quidam ex Asia pomum inusitatae magnitudinis offerret; quem is 100 numis donavit, ac pomum Eudociae Augustae misit. ea aegrotanti Paulino transmisit, eoque illum munere imprudens exitio obstrinxit. Paulinus rei ignarus biduo post pomum illud imperatori mittit. qui cum id agnosceret, eo occultato ingressus ad Augustam rogare ubi esset malum ei a se missum. se id edisse dicenti iuramentum per salutem imperatoris deferre, quo id nemini abs se missum ea confirmaret. cum eo modo iurata in eo persisteret, id se comedisse, iratus imperator malum adferri, Paulino vero ea ipsa nocte accito caput amputari iubet. inde imperatoris adversus Augustam simultas ac abstinentia. et Eudocia causa intellecta, iniuriae pudore mota, profectionem in sacra loca instituit ac Hierosolymae moritur. sepulta est in aede divi Stephani. moriens iuravit se falso nullaque sua culpa suspectam Paulini causa fuisse. sunt qui scribant implevisse eam oraculum hoc (Psalm. 50) "benefac favore" (Graeci eudociam habent) "tuo Sioni, et Hierosolymae muri instaurentur." nam post Helenam Constantini magni matrem ea plurimum beneficii Hierosolymis praestitit.

Τῷ ιθ' ἔτει τοῦ προφήτου Ζαχαρίου τὰ λείψανα καὶ τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου καὶ Λαυρεντίου ἀπετέθησαν. τότε πρώτως καὶ ἡ μνήμη τοῦ μεγάλου Χρυσοστόμου ἐπετελέσθη.

Τῷ κ' ἔτει Θεοδόσιος κατὰ μίμησιν τῆς μακαρίας Πουλχερίας πολλὰ χρήματα τῷ ἀρχιεπισκόπῳ Ἱεροσολύμων ἀπέστειλεν εἰς διάδοσιν τῶν χρείαν ἐχόντων, καὶ σταυρὸν χρυσοῦν διάλιθον πρὸς τὸ παγῆναι ἐν τῷ Κρανίῳ. ὁ δὲ ἀρχιεπίσκοπος ἀντίδωρον ἀπέστειλε λείψανα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφά- P 338 *νου. τούτου δὲ εἰς Χαλκηδόνα φθάσαντος, θεωρεῖ ἡ μακαρία Πουλχερία τῇ αὐτῇ νυκτὶ τὸν ἅγιον Στέφανον λέγοντα "ἰδοὺ ἡ προσευχή σου εἰσηκούσθη καὶ ἡ αἴτησίς σου γέγονε, καὶ ἦλθον εἰς Χαλκηδόνα." ἡ δὲ ἀναστᾶσα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς λαβοῦσα ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τοῦ ἁγίου λειψάνου. καὶ ταῦτα εἰς τὸ παλάτιον εἰσαγαγοῦσα κτίζει οἶκον ἔνδοξον τῷ πρωτομάρτυρι, κἀκεῖ τὰ ἅγια κατατίθεται λείψανα.*

Τῷ κα' τούτου ἔτει ἀγαθότητι πολλῇ κινούμενος Θεοδόσιος, καίπερ νικήσας κατὰ κράτος τοὺς Πέρσας, εἰρήνην ἀσπάζεται φειδοῖ τῶν κατοικούντων Χριστιανῶν ἐν Περσίδι, καὶ ἀποστέλλει B *πρεσβευτάς. καὶ ταύτης γενομένης ὁ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπαύσατο διωγμός.*

Τῷ κβ' ἔτει Σισίνιος ὁ πατριάρχης ἐτελεύτησε.

Τῷ δὲ κγ' μετὰ τὴν τούτου τελευτὴν Νεστόριος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται Κωνσταντινουπόλεως, Γερμανικεὺς τῷ γένει. καὶ

Anno undevigesimo reliquiae Zachariae vatis, ac principis martyrum Stephani et Laurentii depositae sunt. tunc primum memoria Ioannis Chrysostomi solenniter celebrata est.

Vigesimo anno Theodosius imitatione Pulcheriae multum pecuniae misit ad archiepiscopum Hierosolymitanum egenis distribuendae; ac crucem auream lapidibus pretiosis exornatam, quae in Cranio figeretur. archiepiscopus vicissim ei dono misit reliquias dextrae manus Stephani primi martyris. eae cum essent Chalcedonem perlatae, ea ipsa nocte Pulcheria S. Stephanum vidit sibi dicentem "en impetrasti quod precibus petebas, et ego Chalcedonem veni." itaque ea assumpto fratre obviam sacris reliquiis istis profecta est; iisque in palatium illatis magnificum templum b. Stephano condidit, inque eo reliquias deposuit.

Anno 21 Theodosius magna pietate ductus, cum Persas devicisset, tamen habita ratione Christianorum in Perside viventium paci studuit, eamque missis legatis confirmavit. ea res Christianorum persecutionem sedavit.

Anno 22 Sisinnius patriarcha moritur.

Anno 23 ei succedit Nestorius, Germanicensis patria. simulatque ille solio consedit, eius se mala fides et opinionum perversitas exseruit.

ἅμα τῷ θρόνῳ ἐπέβη, παραυτίκα καὶ ἡ αὐτοῦ κακοπιστία καὶ τὸ ἐν τοῖς δόγμασι διεστραμμένον φρόνημα ἐδείκνυτο. ὁμιλίαν γὰρ περὶ πίστεως ἐκδέδωκε τῷ ἑαυτοῦ συγκέλλῳ, κελεύσας ταύτην ἐπ' ἐκκλησίας κηρῦξαι, ἔχουσαν οὕτως "θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλείτω μηδείς· Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν, καὶ ὑπὸ ἀνθρώπου τὸν θεὸν τεχθῆναι ἀδύνατον." ταύτης ἐπελάβετο πρῶτον τῆς φωνῆς C Εὐσέβιός τις σχολαστικὸς τῆς βασιλίσσης. ὅθεν πολλοὶ τῶν Βυζαντίων ἐταράχθησαν. ὁ δὲ Νεστόριος τὸν λόγον κυρῶσαι σπεύδων πανταχοῦ τὴν ἑαυτοῦ μιαρὰν φλυαρίαν ἐξέβαλε, ψιλὸν ἄνθρωπον λέγων τὸν κύριον. ἐν μιᾷ δὲ κυριακῇ προκαθεζομένου Νεστορίου προτραπεὶς Πρόκλος τοῦ ἐξηγήσασθαι εἶπεν ὁμιλία εἰς τὴν θεοτόκον, ἧς ἡ ἀρχή "παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον, ἀδελφοί." τότε μισητὸς ἐγένετο παρὰ πᾶσιν ὁ δυσσεβὴς Νεστόριος διὰ τῦφον καὶ κακοπιστίαν. εἶχε γὰρ Ἀναστάσιόν τινα πρεσβύτερον Ἀντιοχέα, ὃν σφόδρα περιεποιεῖτο ὡς ὁμόφρονα ἄνδρα καὶ τολμηρότατα ἐπ' ἐκκλησίας βλασφημοῦντα τὴν ἀειπαρθένον θεοτόκον. τούτου δὲ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλάου πρῶτον D κατεῖπεν. οὕτως δὲ διαπραττόμενος πολλοὺς θορύβους ἤγειρε καὶ ταραχάς. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ τὸ φοβερὸν θαῦμα τῶν ἁγίων ἑπτὰ παίδων τῶν ἐν Ἐφέσῳ γέγονεν, ἀναστάντων αὐτῶν διὰ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα χρόνων.

Τῷ κδ' Κύριλλος Ἀλεξανδρείας καὶ Κελεστῖνος Ῥώμης γράφουσι Νεστορίῳ ἀποσχέσθαι μὲν τῶν διεστραμμένων δογμάτων καὶ

7 τῆς βασιλικῆς. Franc. Pithoeus

nam orationem de fide suo syncello tradidit, iubens eam publice in templo pronuntiare, in qua haec continebantur "nemo Mariam appellet dei genitricem: fuit enim Maria homo: atqui non potest deum homo parere." hanc vocem primus reprehendit Eusebius quidam Augustae scholasticus. itaque multi Byzantiorum turbati sunt. Nestorius autem orationem eam confirmare studens ubique impuram suam loquacitatem profudit, Christum nudum hominem dictitans. quodam dominico die cum Nestorius praesideret, Proclus ad exponendum excitatus orationem habuit de dei genitrice, cuius initium "hodie, fratres, conventus agitur de virgine." ex eo invisus esse omnibus impius Nestorius ob fastum et malam fidem. habebat enim Anastasium quendam presbyterum Antiochenum, quem valde sibi conciliabat ut secum sentientem audacissimeque in ecclesia virgini dei genitrici obtrectantem. hunc primus oppugnavit sermone Eusebius Dorilai episcopus. sic autem tractatus multas turbas dedit. eodem anno Ephesi illud terribile miraculum accidit septem puerorum, qui de somno, annis postquam obdormivissent centum septuaginta, surrexerunt.

Anno 24 Cyrillus Alexandreae et Caelestinus Romae episcopi Nestorium per literas hortantur ut omissis perversis opinionibus veram

τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀντέχεσθαι, εἰ δὲ μή, μὴ εἶναι αὐτὸν κοινωνικὸν ἱερέα. ἀλλὰ καὶ ἄλλοι τινὲς ὁμοίως αὐτῷ ἔγραψαν. αὐτὸς δὲ ὁ Νεστόριος, γνοὺς ὅτι οὐκ ἀνέχονται παρασιωπῆσαι, παρεσκεύασε τὸν βασιλέα γράψαι πρὸς Κύριλλον σάκραν δειμάτων, P 339 καὶ δοκῶν αὐτὸν ἐκ τούτου κτυπεῖν μᾶλλον διήγειρε. καὶ γράφει τῷ βασιλεῖ καὶ ταῖς τούτου ἀδελφαῖς περί τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῆς Νεστορίου κακοδοξίας, αἰτούμενος ἅμα καὶ σύνοδον οἰκουμενικὴν γενέσθαι εἰς τὸ γυμνασθῆναι κανονικῶς τὰ κατὰ Νεστόριον. τῷ κε΄ τοίνυν ἐνιαυτῷ τῆς Θεοδοσίου βασιλείας ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος τῶν σλ΄ πατέρων συνηθροίσθη, χρόνον ἄγουσα ἀπὸ μὲν τῆς δευτέρας μα΄, ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ͵εϡιε΄. ἧς ἦρχον Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, ὃς Κελεστίνου πάπα Ῥώμης τὸν τόπον διεῖπε, καὶ Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, B λέγοντος τοῦ καταράτου Νεστορίου μὴ εἶναι θεοτόκον τὴν θεοτόκον ἀλλὰ Χριστοτόκον, καὶ δύο υἱοὺς ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ μυθολογοῦντος καὶ δύο ὑποστάσεις, καὶ ἄλλον μὲν εἶναι τὸν λόγον τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, ἕτερον δὲ τὸν ἐκ Μαρίας τεχθέντα ἄνθρωπον, κατὰ σχέσιν δὲ ἑνωθέντα τὸν θεὸν λόγον, καὶ ὁμωνύμως καὶ αὐτὸν λεγόμενον υἱόν. τοῦτον προσκληθέντα παρὰ τῆς συνόδου καὶ μὴ ἀπαντήσαντα ἐκκλησιαστικῶς καθελοῦσα ὡς μὴ θελήσαντα τοῖς ὀρθοῖς δόγμασι συνθέσθαι ἀνεθεμάτισεν· καὶ ἐχειροτονήθη Μαξιμιανὸς πρεσβύτερος τῆς αὐτῆς μεγάλης ἐκκλησίας. μίαν δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν καθ᾽ ἕνωσιν ὑπόστα-

4 δειματῶν Xylander

fidem amplectatur: alioqui non fore eum in coetu sacerdotum. scripserunt alii quoque ad eum in eandem sententiam. Nestorius intelligens eos nequaquam tacituros, imperatori persuadet ut ad Cyrillum scribat sacram epistolam, eaque eum deterreat. qua re cum se Cyrillum putaret posse percellere, magis etiam excitavit. scripsit enim tum Cyrillus ad imperatorem et sorores de vera fide et Nestorii falsis opinionibus, simulque oecumenicum concilium petiit colligi, in quo causa Nestorii canonice discuti posset. itaque vigesimo quinto anno Theodosii imperii sancta et oecumenica tertia synodus patrum 230 Ephesi coiit, anno post primam 41, anno mundi 5915. praefuerunt Cyrillus Alexandreae episcopus, locum Caelestini papae Romani tenens, et Iuvenalis Hierosolymorum episcopus. negabat detestabilis Nestorius Mariam esse dei genitricem, sed Christi; ac duos de unico Christo filios dei fingebat, duasque in Christo personas, diversam verbi ex deo patre nati, aliam hominis de Maria nati; respectu autem quodam unitum huic verbum, hominemque communitate vocabuli etiam filium usurpari hunc, cum a concilio vocatus non comparuisset, ecclesiasticis censuris proscripserunt, ut qui adsentiri verae fidei recusaret. eiusque in locum delectus est Maximianus, magnae ecclesiae presbyter. idem concilium pronuntiavit unione naturarum in Christo unicam esse personam, duas naturas; eun-

σιν καὶ δύο φύσεις σαφῶς ἐδογμάτισε, τὸν αὐτὸν εἶναι θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκον. C Ἰωάννης δὲ ὁ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος μετὰ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν καταλαμβάνει, καὶ λυπηθεὶς ὅτι χωρὶς αὐτοῦ καθῃρέθη Νεστόριος, παραλαβὼν τοὺς συνελθόντας αὐτῷ ἐπισκόπους, ἐν οἷς ἦν καὶ Θεοδώρητος Τύρου ἐπίσκοπος καὶ Ἴβας Ἐδέσσης, καθαίρεσιν ὑπαγορεύει τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίων ἐπισκόπου ὡς παρὰ τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας ποιησάντων τὴν σύνοδον. οἱ δὲ περὶ Κύριλλον μέμφονται ὡς ἄθεσμα καὶ ἄτοπα τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα· καὶ οὕτως ἀπὸ τῆς Ἐφεσίων διαφερόμενοι ἀλλήλοις διέστησαν οἵ τε ἀνατολικοὶ καὶ οἱ Αἰγύπτιοι. μετὰ δὲ ταῦτα σπουδῇ τοῦ βασιλέως ἡνώθησαν, συμφωνήσαντες καὶ οἱ ἀνατολικοὶ τῇ ἐκτεθείσῃ ἐν Ἐφέσῳ ὀρθοδόξῳ πί- D στει καὶ τῇ κατὰ Νεστορίου καθαιρέσει, ἔγγραφον ἐπιστολὴν τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι διὰ Παύλου τοῦ ἐπισκόπου Ἐμέσης ἀποστείλαντες. Νεστόριος δὲ ἐξωρίσθη εἰς Ὄασιν, ἄλλοι δὲ γράφουσιν, ἐν τῇ Θάσσῳ, ἐν ᾗ καὶ καταλαμβάνει αὐτὸν ἡ θεία δίκη, σηπεδόνος τῶν μελῶν πάντων ἁψαμένης, μάλιστα δὲ καὶ τῆς μιαρᾶς αὐτοῦ γλώττης, ᾗ περιπεσὼν διεφθάρη ὡς ὁ κατάρατος Ἄρειος, ὑποφωνῶν ὡς ἠδύνατο ὅτι τέως οὐκ ἐπείσθημεν τὴν Μαρίαν θεοτόκον ὁμολογῆσαι.

Ὁ βασιλεὺς δὲ κυνηγῆσαι ἐξελθών, τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας διαλαθών, ἦλθε διὰ μακρᾶς ὁδοῦ πρός τινα μοναχὸν ἐν κελλίῳ καθεζόμενον πλησίον τῶν προαστείων Κωνσταντινουπόλεως· ὃν ὁ P 340

dem esse deum et hominem; Mariam proprie et vere esse dei genitricem. Ioannes autem Antiocheae episcopus, cum ad concilium Nestorio iam damnato venisset, adscitis episcopis qui secum venerant, in quibus fuit etiam Theodoritus Tyri et Ibas Edessae episcopi, Cyrillum et Memnonem Ephesi episcopum condemnat, quod eos autumaret contra canones ecclesiae synodum instituisse. Cyrillus cum suis eorum acta ut illegitima et absurda reprehendunt. ita tum ab Ephesino concilio discrepantes abierunt Orientales et Aegyptii. sed postmodo eos imperator in concordiam redegit, effecitque ut Orientales quoque Ephesi factae verae fidei expositioni consentirent ac damnationi Nestorii, epistolam ea de re scriptam ad Alexandrinos per Paulum Emesae episcopum mittentes. Nestorius autem Oasim est relegatus, aut ut alii tradunt, in Thassum. ibi eum divina vindicta arripuit: nam putrefactio omnia eius membra invasit, maxime linguam eius scelestam; qua Arii exemplo punitus, quantum potuit clamavit "hactenus nobis persuasum non est Mariam esse dei genitricem."

Imperator porro venatum egressus clam suis omnibus longa via ad monachum quendam venit in cellula sedentem, prope suburbium Cpo-

γέρων ἐπέγνω μέν, ἐδέξατο δὲ ὡς ἕνα τῶν στρατιωτῶν. τοῦ δὲ βασιλέως ἐκ τῆς ὁδοῦ καὶ τοῦ καύσωνος ὀλιγωρήσαντος ἔβρεξεν ἄρτους ὁ γέρων, καὶ βαλὼν ὄξος καὶ ἔλαιον ἔφαγεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἔπιεν ὕδωρ. καὶ φησὶν ὁ βασιλεύς "οἶδας τίς εἰμι, πάτερ;" ὁ δὲ μοναχὸς εἶπεν "ὁ θεὸς οἶδέ σε." καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη "ἐγώ εἰμι Θεοδόσιος ὁ βασιλεύς." καὶ ἀναστὰς εὐθὺς ὁ γέρων προσεκύνησεν αὐτῷ. εἶπεν οὖν ὁ βασιλεύς "μακάριοι καὶ τρισμακάριοί ἐστε ὄντως ὑμεῖς οἱ μοναχοί, καὶ ἀμέριμνοι τοῦ κόσμου. ἐπ᾽ ἀληθείας λέγω σοι, πάτερ, ὅτι ἐν τῷ παλατίῳ ἐγεννήθην, καὶ B οὐδέποτε μεθ᾽ ἡδονῶν ἀπήλαυσα βρώσεως καὶ πόσεως καθὼς σήμερον." τοῦ δὲ λαοῦ φθάσαντος καὶ ἐνώπιον πάντων ἀξιοπρεπῶς τιμήσαντος τὸν γέροντα, καὶ πάντας ἀξιωθῆναι τῆς εὐχῆς αὐτοῦ κελεύσαντος τοῦ βασιλέως, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ μετ᾽ εἰρήνης. καὶ ἤρξατο ἀπὸ τότε τιμᾶν αὐτὸν ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ γέρων ἀναστὰς ἔφυγε καὶ πάλιν ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον.

Ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις καὶ ὁ μέγας Συμεὼν ὁ στυλίτης ἐπέβη τῷ κίονι, τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων φεύγων· πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὸν ἀφικνούμενοι ἤθελον πάντες ψαύειν τῶν δερματίνων ἐκείνου ἐνδυμάτων. καὶ πρῶτον μὲν ἓξ πήχεων ἐκέλευσε γενέσθαι τὸν κίονα, εἶτα δώδεκα, καὶ μετὰ ταῦτα εἴκοσι δύο, νῦν δὲ τριαC κονταέξ. ἣν οὐκ ἄνευ τῆς θείας οἰκονομίας ὑπολαμβάνω γενέσθαι τὴν στάσιν, ὠφελείας ἕνεκεν τῶν ῥαθυμοτέρων, ὥσπερ καὶ τὸν Ἡσαΐαν γυμνὸν καὶ ἀνυπόδετον βαδίσαι προσέταξε, καὶ τὸν

lis. agnovit senex imperatorem, sed tamen veluti unum de militibus accepit. cum autem imperator a via et aestu esset defatigatus, monachus panes humectavit acetumque et oleum apposuit. edit imperator, et aquam bibit. et monacho "nostine me, pater?" inquit. monacho respondente "deus te novit," "ego" infert "sum Theodosius imperator." statim tum surrexit monachus, et ei supplicavit. tum imperator "beati ac felicissimi profecto vos monachi estis, curarum huius mundi vacui. vere tibi affirmo, pater, nunquam me in meo palatio tanta cum voluptate cibum ac potum sumpsisse." interim multitudo supervenit. cumque imperator monachum in conspectu omnium veneratus eius precibus universos commendasset, discessit salvis rebus, et ab eo tempore monachum istum in honore habuit. verum is fuga se subduxit et in Aegyptum rediit.

Eo tempore etiam magnus ille Symeon, qui a columna Stylites nominatur, gloriam hominum fugiens columnam conscendit. cum enim ad eum multi venirent pelliceasque eius vestes nemo non tangere cuperet, columnam conscendit. principio quidem eam sex cubitorum fieri iussit, inde ad duodecim, post ad viginti duo, denique ad triginta sex cubitos educi. eius stationem existimo a divina providentia fuisse procuratam, quae ignavioribus usui foret. sicut deus et Isaiam nudum ac sine cal-

Ἱερεμίαν περίζωμα τῇ ὀσφύϊ περιθεῖναι καὶ οὕτω προφητεύειν, καὶ ἄλλοτε κλοιοὺς ξυλίνους καὶ σιδηροῦς περιβαλεῖν τῷ τραχήλῳ, καὶ τῷ Ὠσηὲ γυναῖκα πόρνην λαβεῖν καὶ πάλιν ἀγαπῆσαι πονηρὰν γυναῖκα καὶ μοιχαλίδα, καὶ τὸν Ἐζεκιὴλ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ πλευροῦ ἡμέρας μʹ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ ρνʹ κατακλιθῆναι, καὶ αὖθις διορύξαι τὸν τοῖχον καὶ φυγεῖν, καὶ αἰχμαλωσίαν ἑαυτῷ διαγράψαι, καὶ ἄλλοτε δὲ ξίφος εἰς ἀκμὴν παραθῆξαι καὶ ξύρασθαι τούτῳ τὴν κεφαλὴν καὶ τετραχῇ τὰς τρίχας διελεῖν. καὶ ἵνα μὴ D πάντα λέγω, γίνεσθαι τούτων ἕκαστον προσέταττεν ὁ τῶν λόγων πρύτανις τοὺς λόγῳ μὴ πειθομένους τῷ τῆς θεωρίας παραδόξῳ συλλέγων. τὸ γὰρ καινὸν τοῦ θεάματος ἐνέχυρον ἀξιόχρεων γίνεται τοῦ διδάγματος. καθάπερ γὰρ εἰς λυχνίαν τεθεὶς ὁ φανότατος οὗτος λύχνος, ὁ μέγας δηλαδὴ Συμεών, ἡλίου δίκην πάντοθεν τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμψε, καὶ ἦν ἰδεῖν Ἴβηρας καὶ Ἀρμενίους καὶ Πέρσας καὶ Ἰσμαηλίτας ὁσημέραι ἀφικνουμένους καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀπολαύοντας. τοσαύτην οὖν τὴν χάριν ὁ θαυμάσιος εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἐξέπεμψεν ὥστε τὰ τῶν πατρῴων θεῶν εἴδωλα P 341 πρὸ τοῦ κίονος ἐκείνου τοῦ θείου ἄγοντας συντρίβειν, τὴν δὲ καθαρὰν καὶ ἀμώμητον ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ὑπὸ τοῦ μεγάλου Συμεῶνος ἐκπαιδεύεσθαι, διὰ πολλῶν θαυμάτων καὶ μεγίστων τεραστίων τούτους ἐνάγων εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πολιτείαν. εἰκότως οὖν ἔλεγεν ὁ κύριος "ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει," ὃς τῇ τοῦ

15 ὁσημέρας P   23 ὃς] ὡς?

ceis incedere iussit, et Ieremiam subligaculo lumbos succinctum vaticinari, aliquando etiam numellis ligneis ac ferreis collum circumdare. et Oseae mandavit ut meretricem uxorem duceret, ac pravam et adulteram uxorem amaret; Ezekielo ut in dextro latere quadraginta dies, in sinistro centum quinquaginta recumberet, rursumque ut perfoderet murum ac fugeret, sibique ipsi captivitatem describeret; aliasque gladium acuere eoque caput radere, et crines quadrifariam dividere. ac ne omnia referam, gubernator orationis haec omnia fieri iussit, ut qui non parerent orationi, ii saltem inusitato spectaculo allicerentur, cuius novitas sufficiens est doctrinae pignus. ita Symeon ille magnus veluti lumen splendidissimum in candelabro positum solis instar radios suos in omnes partes emittebat; licebatque videre Iberos Armenios Persas et Ismaelitas quotidie venientes ac sacro baptismo potientes. tantum porro gratiae in varias regiones beatus ille propagabat, ut deorum paternorum simulacra ad columnam eius adducta confregerint, et ab eo puram inculpatamque fidem Christianam edocti sint. nam eos multis miraculis eo perducebat. recte itaque habet Christi dictum (Ioan. 24) "qui in me credit, mea quoque opera, et iis maiora praestabit." is ergo Symeon ful-

ἁγίου πνεύματος αἴγλῃ καταλαμπόμενος καὶ πανταχοῦ τὰς τῆς χάριτος ἀκτῖνας ἐκπέμπων κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον. φησὶ γάρ "ὥσπερ τὰ λαμπρὰ καὶ διαφανῆ τῶν σωμάτων ἀκτῖνος αὐτοῖς ἐμπεσούσης αὐτά τε γίνεται περιλαμπῆ καὶ ἑτέραν αὐγὴν ἀποστίλ-
B βει, οὕτως αἱ πνευματοφόροι ψυχαὶ ἐλλαμφθεῖσαι παρὰ τοῦ πνεύματος αὐταί τε ἀποτελοῦνται πνευματικαὶ καὶ εἰς ἑτέρους τὴν χάριν ἐξαποστέλλουσιν. ἐντεῦθεν μελλόντων πρόγνωσις, μυστηρίων σύνεσις, κεκρυμμένων κατάληψις, χαρισμάτων διανομή, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, ἡ μετ' ἀγγέλων χορεία, ἡ ἀτελεύτητος εὐφροσύνη, ἡ ἐν θεῷ διαμονή, ἡ πρὸς θεὸν ὁμοίωσις, τὸ ἀκρότατον τῶν ὀρεκτῶν, θεὸν γενέσθαι κατὰ χάριν."

Μετά τινα δὲ καιρὸν ὁ θεῖος Δανιὴλ ὁ ἐν τῷ Ἀνάπλῳ, θεασάμενος τὸν μέγαν Συμεώνην καὶ θείου ζήλου πλησθεὶς τὴν καρδίαν, ἐλθὼν ἐν τῷ Ἀνάπλῳ ἐπέβη καὶ αὐτὸς τῷ στύλῳ, πολ-
C λῶν καὶ μεγίστων θαυμάτων αὐτουργὸς γενόμενος, διήρκεσε δὲ ἐν τῷ κίονι ἄχρι τοῦ τετάρτου ἔτους τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ μεγάλου, καὶ οὕτως πρὸς κύριον ἐξεδήμησε πλήρης ἀγαθῶν ἔργων.

Τῷ κϛ' ἔτει παρεγένετο Οὐαλεντινιανὸς ἀπὸ Ῥώμης ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἔγημε γυναῖκα τὴν θυγατέρα Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως Εὐδοξίαν, τὴν ἐξ Εὐδοκίας γεννηθεῖσαν αὐτῷ, καὶ πάλιν ἐπανῆλθεν ἐν Ῥώμῃ. Κῦρος ἔπαρχος τῆς πόλεως, ἀνὴρ σοφώτατος καὶ ἱκανός, καταλύσας τὸ χερσαῖον τεῖχος Κωνσταντινουπόλεως καὶ προσθεὶς ἄλλα διαστήματα δύο, οἰκοδομεῖ ἕτερον τεῖ-

gore sancti spiritus illustratus undiquaque suos eiecit radios. quomodo Basilius loquitur his verbis "quemadmodum splendida et perspicua corpora radiis incidentibus et ipsa illustrantur et novum edunt a se splendorem, sic et spiritui recipiendo aptae animae, a spiritu illuminatae, cum ipsae fiunt spirituales, tum gratiam eius cum aliis communicant. inde futurorum praesagia, intellectus mysteriorum, occultorum comprehensio, donorum distributio, vita caelestis, choreae cum angelis, infinitum gaudium, in deo permansio, cum deo similitudo, perfectio appetitus, fieri deum quod ad gratiam."

Aliquanto post tempore divinus Danielus in Anaplo cum vidisset magnum Symeonem, divina aemulatione instigatus ipse quoque columnam conscendit, multaque et maxima edidit miracula. permansit in columna usque ad quartum annum Leonis magni; atque ita ad dominum emigravit, bonis operibus abunde praestitis.

Anno vigesimo sexto Valentinianus Roma Cpolin venit, duxitque uxorem filiam Theodosii imperatoris Eudoxiam, ex Eudocia ipsi natam, rediitque Romam. Cyrus urbis praefectus, homo sapientissimus atque industrius, terrestrem Cpolis murum demolitus est; aliisque duobus in-

χος δι' ἡμερῶν ἑξήκοντα· ὅθεν καὶ ὁ δῆμος ἐκπληττόμενος ἐπὶ D τῷ τάχει καὶ τῷ κάλλει τῆς τοῦ τείχους κτίσεως ἀνεβόησε καθεζομένου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ ἱππικῷ "Κωνσταντῖνος ἔκτισε, Κῦρος ἀνενέωσε." διὰ τοῦτο φθονηθεὶς διαβάλλεται ὡς ἑλληνόφρων, καὶ δημευθεὶς καὶ ἀποκαρεὶς χειροτονεῖται ἐν Σμύρνῃ ἐπίσκοπος.

Κατὰ Περσῶν στρατηγοῦντος Προκοπίου, δηλοῦται αὐτῷ παρὰ τοῦ Πέρσου ὅτι δώσωμεν μονομάχους, καὶ οἷος ἂν ἡττηθῇ, διδότω τὸ μέρος αὐτοῦ πάκτα ἐπὶ χρόνους πεντήκοντα. δίδωσιν οὖν ὁ στρατηγὸς Προκόπιος Ἀρεόβινδον κόμητα τῶν φοιδεράτων, ὃς σώκιστρον κατέχων τὸν Πέρσην ἐσώκισε καὶ κατενεγκὼν ἐκ τοῦ ἵππου ἀπέκτεινε. καὶ γέγονε πάκτα εἰρήνης μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν. εἰσελθὼν δὲ Ἀρεόβινδος ἐν τῇ πόλει καὶ μεγάλα P 342 ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποδεχθεὶς προήχθη ὕπατος.

Τῷ κη' ἔτει σύμπτωσις ἐγένετο ἐν τῷ θεάτρῳ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἀπέθανον ἄνδρες φοβ'. τελευτήσαντος Μαξιμιανοῦ Πρόκλος ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως προχειρίζεται, ὃς τὸ τοῦ Χρυσοστόμου λείψανον ἀνακομίζει τῷ λ' ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου, καὶ εἰς τὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀποτίθησι ναόν. ἐπὶ τούτου σεισμοὶ μεγάλοι γεγόνασιν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν μησὶ τέσσαρσιν, ὥστε φοβηθέντας τοὺς ἐν Βυζαντίῳ ἔξω τῆς πόλεως ἐν τῷ λεγομένῳ κάμπῳ διατρίβειν. τοῦ γοῦν εἰρημένου πατριάρχου μετὰ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ ταῖς λιταῖς ἐκεῖσε προσ- B

9 στρατιώτης P

tervallis additis, alium murum intra sexagesimum diem exstruxit. cuius operis ad pulchritudinem et festinatam absolutionem obstupescens populus imperatore in Circo sedente exclamavit "Constantinus condidit, Cyrus instauravit." eapropter in invidiam venit; et Graecis rebus studere per calumniam dictus, publicatis eius bonis, raso capite Smyrnae episcopus deligitur.

Cum in Persas expeditionem fecisset Procopius, Persa ei hanc condicionem tulit uti pars utraque unum daret, quibus singulari pugna congressis, victi pars pacta pacis ad annos quinquaginta acciperet. Procopius delegit ad hoc Areobindum comitem foederatorum. is laqueo Persam irretivit et ab equo deiectum necavit. ex eo inter Romanos et Persas pax ad annos quinquaginta composita fuit. Areobindus urbem ingressus honorifice ab imperatore accipitur et ad consulatum evehitur.

Anno 28 ruina theatri Alexandrini viros 572 oppressit. Maximiano vita functo sanctissimus Proclus episcopus Cpolis deligitur; isque reliquias Chrysostomi reportavit, annum trigesimum imperante Theodosio, inque templo apostolorum deposuit. Proclo ecclesiae antistite, Cpolin graves terrae motus concusserunt per anni trientem, adeo ut oppidani metu periculi extra urbem in campo vixerint. cum autem Proclus ibi una cum clero et populo in supplicationibus ad deum perseveraret,

καρτεροῦντος, περὶ ὥραν τρίτην, ἄφνω πάντων ὁρώντων ἡρπάγη νεανίας εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἤκουσε θείας φωνῆς παρεγγυώσης αὐτῷ ἀναγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ λαῷ λιτανεύειν οὕτω, καὶ λέγειν "ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς" καὶ μηδὲν ἕτερον προστιθέναι. καὶ εὐθέως τοῦτο ψάλλοντος τοῦ λαοῦ ἔστη ὁ σεισμός. ὅθεν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος καὶ ἡ μακαρία Πουλχερία, ὑπεραγασθέντες τῷ θαύματι, ἐθέσπισαν κατὰ πᾶσαν οἰκουμένην οὕτω ψάλλεσθαι τὸν θεῖον ὕμνον.

C Τῷ λε' ἔτει ἠνέχθη ἀπὸ Πανεάδος τὸ λείψανον τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου.

Τῷ λς' ἔτει Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον, τὸν βαΐουλον αὐτοῦ, πάπαν ἐποίησε, δημεύσας καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ ὡς κατεπαιρομένου τοῦ βασιλέως καὶ καταφρονοῦντος αὐτοῦ. διὸ καὶ νόμον ἐξέθετο μὴ εἰσέρχεσθαι εἰς πατρικίου ἀξίαν εὐνοῦχον. οὗτος ὁ Θεοδόσιος εὐμετάγωγος ἦν σφόδρα, πειθόμενος τοῖς ὑποβάλλουσιν αὐτῷ οἰκείοις, ὡς πολλάκις καὶ χάρτους μὴ ἀναγινώσκων ὑπέγραφεν. ὅπερ μαθοῦσα Πουλχερία ἡ αὐτοῦ ἀδελφή, καὶ πολλάκις νουθετήσασα, ἐπεὶ οὐκ
D ἔπειθε, σοφῶς ὑπῆλθεν αὐτόν, καὶ δωρεὰν δῆθεν αἰτεῖ· ἡ δ' ἦν πρὸς δουλείαν ἐκχωροῦσα Εὐδοκίαν τὴν αὐτοῦ γαμετήν. προσήνεκτο τοίνυν ὁ τοῦτο διαταττόμενος χάρτης καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ὑπεσημαίνετο. μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγνωσθέντος αὐτοῦ δεινῶς ὑπὸ τῆς Πουλχερίας ὠνειδίσθη, καὶ ἔκτοτε ἀκρίβειαν τῶν τοιού-

22 ἐπεσημαίνετο P

subito adolescens omnibus cernentibus in aërem est surreptus, audivitque divinam vocem sibi mandantem, ut episcopo renuntiaret et populo, ut in publicis deprecationibus sic orent "sancte deus, sancte fortis, sancte immortalis, miserere nostri," neque aliud quidquam addant. ita statim cantante populo terrae motus desiit. eo miraculo admodum perculsi Theodosius ac Pulcheria edixerunt ut sacra cantio per totum orbem terrarum sic caneretur.

Anno 35 Paneade advectae sunt reliquiae vatis Esaiae, et in d. Laurentii templo repositae.

Anno 36 Theodosius Antiochum praepositum et patricium, suumque baiulum, papam fecit, facultatibus quoque eius publicatis, quod is contra imperatorem per contemptum se extulisset. itaque etiam legem tulit ne quis eunuchus dignitate patricii ornaretur. fuit imperator iste nimis quam mobilis, adeoque proclivis ad obsequendum familiaribus aliquid suadentibus, ut saepe etiam schedis non lectis subscriberet. quod cum animadverteret soror eius Pulcheria, et saepe castigando nihil proficeret, callide eum adorta est. nam sub praetextu petendi muneris, sibi in servitutem tradi Eudociam fratris uxorem per literas petebat. eas ad se allatas imperator sigillo confirmavit. postea iis lectis acriter est a Pulcheria obiurgatus, atque inde talibus in rebus accurationem adhi-

των ἐποίει. ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν Γότθων γέγονεν ἔθνη τέσσαρα, Γότθοι Ὑπόγοτθοι Γήπεδες καὶ Οὐάνδηλοι. ἐξ ὧν Ἄβαρις ἤρξατο διαπερᾶν ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ.

Τῷ λθ′ ἔτει Κύριλλος Ἀλεξανδρείας καὶ Πρόκλος Κωνσταντινουπόλεως εὐσεβῶς ἐκοιμήθησαν. καὶ τὸν μὲν Πρόκλον Φλαβιανὸς πρεσβύτερος καὶ σκευοφύλαξ μεγάλης ἐκκλησίας Κων- P 343 σταντινουπόλεως διεδέξατο, Κύριλλον δὲ Διόσκορος ὁ δυσσεβής, μηδ᾽ ὅλως ὢν διδασκαλικός, ἀχρεῖος δὲ καὶ ἀνήμερος, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τοῖς συγγενέσι Κυρίλλου γενόμενος· αἱρετικὸς γὰρ ἦν, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων τὰ Ὠριγένους φρονῶν.

Τῷ μα′ ἔτει ἡ λῃστρικὴ καὶ παράνομος συνηθροίσθη σύνοδος, τοῦ κριθῆναι τὰ περὶ Φλαβιανοῦ καὶ Εὐτυχοῦς, ὑπὸ Διοσκόρου τοῦ δυσσεβοῦς, κατὰ παραίνεσιν Χρυσαφίου εὐνούχου τὸ ἐπίκλην Ζουμνᾶ, τὴν τοῦ βασιλέως ἁπλότητα παραπείσαντος.

Τῷ ἐπιόντι δὲ καιρῷ, ἤγουν τῷ μβ′, γνοὺς ὁ Θεοδόσιος B ὡς ἠπάτηται παρὰ Χρυσαφίου, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐξορίζει εἴς τινα νῆσον, τῇ Εὐδοκίᾳ δὲ καὶ Αὐγούστῃ ἐπιφέρεται σφοδρῶς, πάντων τῶν κακῶν αἰτίαν αὐτὴν ἀποκαλῶν ὡς καὶ Πουλχερίαν τῶν βασιλείων ἀποδιώξασαν, ἅμα δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν Παυλῖνον ὀνειδίζων αὐτῇ, ὑπὲρ τοῦ μήλου ἀποθανόντα. ἡ δὲ ἀπογνοῦσα παρεκάλεσεν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἀπολυθῆναι αὐτήν· ὃ καὶ γέγονε, λαβούσης μεθ᾽ ἑαυτῆς Σεβῆρον τὸν πρεσβύτερον καὶ διάκονον

3 Ἄβαρες ἤρξαντο? 9 δυσμενέσι Xylander, Nicephoro auctore

buit. eo imperante Gotthi in quattuor gentes divisi sunt, in Gotthos Hypogotthos Gepidas et Vandalos. ex quibus Abaris coepit Romanam dicionem peragrari.

Anno 39 Cyrillus Alexandreae et Proclus Cpolis episcopi pie vita defuncti sunt. ac Proclo quidem successit Flavianus presbyter magnaeque aedis Cpolitanae vasorum custos, Cyrillo autem Dioscorus impius, ad docendum nequaquam aptus, sed inutilis et efferus, praecipue unus de Cyrilli inimicis: nam a teneris iam inde unguiculis Origenicas haereses imbiberat.

Anno 41 latrociniis infamis atque legibus adversa illa synodus collecta est ad controversiam Flaviani atque Eutychetis disceptandam a Dioscoro impio, hortatu Chrysaphii (is alio nomine Zumnas appellabatur) eunuchi, qui hoc persuadendo imperatoris simplicitati imposuerat.

Anno proxime insecuto, qui fuit 42, Theodosius se a Chrysaphio deceptum sentiens eum in quandam insulam relegat. Eudociam quoque Augustam graviter obiurgat, omnium malorum eam causam et ab ea Pulcheriam aula fuisse pulsam dicens; simul et Paulinum exprobrans ei, quem pomi causa necatum fuisse demonstravimus. Eudocia rei indignitatem non ferens, petiit ut Hierosolyma sibi abire liceret; quo impetrato, eo se contulit, comite Severo presbytero et diacono Ioanne.

Ἰωάννην. μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὅτι οὗτοι καὶ ἐν τῇ πόλει πρὸς αὐτὴν ἐσύχναζον, ἀποστείλας ἀπεκεφάλισεν αὐτούς. τὴν δὲ ἁγίαν C Πουλχερίαν μετὰ πολλῆς παρακλήσεως εἰσήγαγεν εἰς τὰ βασίλεια· ἥτις εὐθὺς ἀποστείλασα εἰς Ἔφεσον ἤγαγε τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Φλαβιανοῦ. τότε καὶ τὴν τῶν Χαλκοπρατίων ἐκκλησίαν τῇ θεοτόκῳ ἀνήγειρε, συναγωγὴν Ἰουδαίων πρότερον οὖσαν. τῆς δὲ ἐκκλησίας μετὰ Φλαβιανὸν Ἀνατόλιος ἐπεσκόπευσε.

Μετὰ δέ τινα χρόνον ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἱππασθῆναι· καὶ συμπεσόντος αὐτῷ τοῦ ἵππου πληγεὶς εἰσῆλθεν ἐν λεκτικίῳ ἤτοι φορείῳ, καὶ καλέσας τὴν ἀδελφὴν Πουλχερίαν εἶπεν αὐτῇ διὰ Μαρκιανὸν τὸν μετ᾽ αὐτὸν βασιλεύσαντα· "τοῦτο γάρ μοι" φησίν "Ἰωάννης ὁ θεολόγος ἀπεκάλυψεν, ἐν Ἐφέσῳ μοι ὄντι." καὶ D μεταστειλάμενος Μαρκιανὸν εἶπεν αὐτῷ ἐπὶ Ἄσπαρος καὶ τῆς συγκλήτου "ἐδείχθη μοι ὅτι σε δεῖ γενέσθαι βασιλέα μετ᾽ ἐμέ." καὶ μεθ᾽ ἡμέρας δύο ἐτελεύτησε, καὶ τίθεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. γυνὴ δὲ τούτου Εὐδοκία, θυγάτηρ Λεοντίου φιλοσόφου ἐξ Ἀθηνῶν.

Ἡ δὲ σοφὴ καὶ ἀγαθὴ Πουλχερία μήπω τῆς τοῦ ἀδελφοῦ τελευτῆς γνωσθείσης μεταστειλαμένη τὸν Μαρκιανόν, ἄνδρα ἐν σωφροσύνῃ καὶ σεμνότητι διαπρέποντα, γέροντα ὄντα καὶ ἱκανώτατον, λέγει πρὸς αὐτόν "ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἐγὼ δέ P 344 σε ἐξελεξάμην ἐξ ὅλης τῆς συγκλήτου ὡς ἐνάρετον, δός μοι λόγον ὅτι φυλάττεις τὴν παρθενίαν, ἣν τῷ θεῷ ἀνεθέμην, καὶ ἀναγο-

imperator cognito illos etiam in urbe frequenter ad ipsam commeasse, missis carnificibus capita eorum amputari iussit. sanctam autem Pulcheriam multis verbis consolatus in aulam reduxit. ea statim Ephesum misit qui sancti Flaviani cadaver adferrent. tunc et Chalcopratiorum aedem dei genitrici aedificavit, cum is locus ante Iudaeorum fuisset synagoga. Flaviano in episcopatum successit Anatolius.

Post aliquid temporis imperator equitatum egressus, equo collapso afflictus inque lectica domum relatus, sorori Pulcheriae ad se vocatae indicavit debere sibi Marcianum succedere: hoc enim sibi a Ioanne theologo Ephesi agenti significatum. accersito etiam Marciano dixit "ab Aspare et senatu mihi demonstratum est te imperium a meo obitu occepturum." biduo post imperator vitam cum morte commutavit. corpus eius in fano apostolorum reconditum fuit. uxorem habuit Eudociam, filiam Leontii philosophi, Atheniensem.

Ceterum sapiens illa et praeclara Pulcheria, nondum fratris vulgata morte, Marcianum senem iam, virum temperantia ac gravitate insigni et rebus gerendis aptissimum, ad se vocat, ostenditque, quoniam decesserit imperator, se ipsum virtutis causa unum de omni senatorum numero delegisse, quem imperatorem sibi adscisceret, ea condicione ut fidem daret virginitatem suam, quam deo consecrasset, se intactam ser-

ρεύω σε βασιλέα." αὐτοῦ δὲ συνθεμένου τοῦτο, μεταστέλλεται τὸν πατριάρχην Ἀνατόλιον καὶ τὴν σύγκλητον, καὶ ἀναγορεύει αὐτὸν βασιλέα. ἦν δὲ Μαρκιανὸς αἰδέσιμος τὸν τρόπον, ἱεροπρεπής, ἐρύθημα ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρων κεκραμένον χάριτι, μεγαλόψυχος, φιλαργυρίας ὑπέρτερος, σώφρων καὶ περὶ τὸ θεῖον εὐλαβὴς καὶ ὀρθόδοξος, περὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας συμπαθής, ἄπειρος δὲ παιδείας τῆς ἔξωθεν. εὐθὺς οὖν τοὺς ἐν ἐξορίᾳ πάντας ἀνεκαλέσατο. ἡ δὲ μακαρία Πουλχερία τὸν παμμίσητον Χρυσάφιον τὸν εὐνοῦχον Ἰορδάνῃ ἐκδέδωκε τῷ υἱῷ Ἰωάννου, ὃς B καὶ ἀνεῖλεν αὐτὸν διὰ τὸ αὐτὸν ἀνελεῖν τὸν τούτου πατέρα δόλῳ.

Στρατιώτης τοίνυν λιτὸς ὢν πρὸ τούτου Μαρκιανὸς μετὰ τοῦ ἰδίου νουμέρου ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος κατὰ Περσῶν ἀπῄει, καὶ γενόμενος ἐν Λυκίᾳ ἀρρωστίᾳ περιέπεσε. καὶ καταλειφθεὶς ἐν πόλει Συδήμων κἀκεῖσε χρονοτριβήσας προσκολλᾶται δύο τισὶν ἀδελφοῖς, Ἰουλίῳ καὶ Τατιανῷ, οἵτινες εἰς τὸν ἴδιον οἶκον λαβόντες αὐτὸν διανέπαυσαν. εἰς θήραν δὲ ἐξελθόντες ἔλαβον αὐτὸν μεθ' ἑαυτῶν. κοπιάσαντες δὲ περὶ μεσημβρίαν ἐκοιμήθησαν. προεξυπνισθεὶς δὲ ὁ Τατιανὸς θεωρεῖ τὸν Μαρκιανὸν εἰς τὸν ἥλιον κοιμώμενον, καὶ ἀετὸν παμμεγέστατον ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντα καὶ τὰς C ἑαυτοῦ πτέρυγας διαπετάσαντα σκιὰν ἐπ' αὐτὸν περιποιησάμενον. καὶ τοῦτο θεασάμενος ἐγείρει τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν, καὶ τὸ θεαθὲν ὑποδείκνυσι. καὶ ἐπὶ πολὺ θαυμάζοντες ἐξυπνίζουσι τὸν Μαρκιανόν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ "ἐὰν βασιλεύσεις, τί ἡμῖν χαρίζῃ;" ὁ δὲ

10 τὸν om P

vaturum. cum hoc stipularetur Marcianus, est a Pulcheria, vocatis ad hoc ab ea Anatolio patriarcha et senatu, imperator declaratus. fuit Marcianus venerabilis vir, moribus sanctis, in facie ruborem gratia temperatum habens, magnanimus, avaritiae vacuus, temperans, religiosus et de fide recte sentiens, miseratione peccantium praeditus, ceterum profanarum literarum atque disciplinarum imperitus. is statim omnes qui relegati fuerant revocavit. Pulcheria autem invisissimum illum eunuchum Chrysaphium Iordani tradidit, Ioannis filio, quem ille dolo necaverat. atque Iordanes vicem ei rependit.

Olim Marcianus, cum gregarius miles in suo ordine ex Graecia ad bellum Persicum iret, in Lycia in morbum incidit; relictusque in urbe Sydemis aliqua ibi mora facta duobus quibusdam fratribus Iulio et Tatiano societate iunctus fuit, ab iisque domum ipsorum susceptus et recreatus. cum una aliquando tres hi venatum profecti essent, dum fessi meridiarent, Tatianus, qui reliquis maturius somnum excussisset, animadvertit Marcianum in sole iacere aquilamque ingentem super eum in aere librari, quae expansis alis hominem obumbraret. id cernens excitat fratrem, hocque spectaculum ei ostendit. diu uterque hoc ostentum admirati tandem Marcianum excitant, scitanturque quidnam muneris ab

"τίς εἰμι ἐγώ, ἵνα τοῦτο γένηται εἰς ἐμέ;" οἱ δὲ ἐκ δευτέρου τὸν αὐτὸν λόγον εἶπον. λέγει ὁ Μαρκιανός "ἐὰν τοῦτο ἐκ θεοῦ γένηται, πατέρας ὑμᾶς ἀνακηρύξω." τότε διδόασιν αὐτῷ σ' νομίσματα, λέγοντες "πορεύου ἐν τῇ πόλει, καὶ μέμνησο ἡμῶν ὅτε ὁ θεὸς ὑψώσει σε." χρόνου δὲ διελθόντος ὀλίγου καὶ Θεοδοσίου τελευτήσαντος βασιλεὺς ἀνεδείχθη, ὡς προέφημεν, καὶ ὑπομνησθεὶς
D τῆς ἐν Λυκίᾳ εὐεργεσίας, Τατιανὸν καὶ Ἰούλιον μεταπεμψάμενος πατέρας αὐτοὺς ἀνεκήρυξε, καὶ τὸν μὲν Τατιανὸν ἔπαρχον ἐποίησε τῆς πόλεως, τῷ δὲ Ἰουλίῳ τὴν τῶν Λυκίων ἐνεχείρισεν ἀρχήν. ὑπὸ Γιζερίχου δὲ πάλιν εἰς Ἀφρικὴν κρατηθείς, ἔτι στρατιώτῃ ὄντι τοῦτο αὐτῷ ἐξεγένετο· ὅθεν ὁ Γιζέριχος ὅρκῳ αὐτὸν ἠσφαλίσατο ὅτι εἰ βασιλεύσει, μὴ πολεμῆσαί ποτε Οὐανδήλοις, καὶ ἀπολύει αὐτόν. τοίνυν καὶ ἡ μακαρία Πουλχερία μεθ' ἑτέρων πολλῶν ἐκκλησιῶν ἐξαιρέτως τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν ᾠκοδόμησε καὶ τῇ θεοτόκῳ ἀνατέθεικεν ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ.

P 345 Τῷ β' αὐτοῦ ἔτει ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία τετάρτη σύνοδος γέγονεν ὑπὸ πατέρων χλ', ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς πανευφήμου Εὐφημίας, κατὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου καὶ Νεστορίου τῶν ματαίων, λεγόντων μήτε τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι, ἀλλ' ἐκ δύο μὲν φύσεων τὴν ἕνωσιν λέγεσθαι, μίαν δὲ φύσιν ἀποτελεσθῆναι μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ὡς ἐν φαντασίᾳ τὴν σάρκα φορέσαι τὸν κύριον μυθολογούντων καὶ τῇ θεότητι πάθος ἀπονεμόντων. ἡγοῦντο δὲ τῆς συνόδου Λέοντος πάπα Ῥώμης τοποτη-

eo exspectare ipsos iuberet, si quando imperio potiretur. Marcianus se non eum esse cui tale aliquid contingere posset dicere. cum eadem verba repeterent, "si" inquit "divinitus hoc mihi eveniat, patricios vos meos faciam." tunc illi eum 200 numis donant, iubentque ad urbem reverti, suique memorem esse, ubi deus eum evexerit. ergo Marcianus non ita multo post Theodosio defuncto imperator creatus, accepti in Lycia beneficii memor, Tatianum et Iulium evocatos ad se patricios salutat, Tatianumque urbis, Iulium Lyciae praefectum constituit. simile aquilae ostentum Marciano etiamnum militi evenit, cum in Africa apud Gizerichum captivus teneretur. itaque Gizerichus eum dimisit, iuratum, si imperator fieret, bellum Vandalis non illaturum. porro Pulcheria, praeter multa alia templa, praecipue aedem in Blachernis condidit ac dei genitrici consecravit, cum nuper Marcianus imperium inivisset.

Annum eo secundum imperante Chalcedone quarta sancta synodus acta est, in aede nobilissimae martyris Euphemiae, collectis patribus 630, contra Eutychen Dioscorum et Nestorium, vanos homines, qui carnem Christi negabant eiusdem cum nostra esse naturae, affirmabantque unitas quidem duas in Christo naturas, unitione autem perfecta ad unicam deinde naturam fuisse redactas, dominumque carnem non revera sed tantummodo specie quadam apparente circumtulisse. iidem deitatem passam dicebant. praefuerunt concilio Leonis papae Romani vicarii

ρηταὶ Πασχάσιος καὶ Λουκίνσιος ἐπίσκοποι καὶ Βονιφάκιος πρεσβύτερος, Ἀνατόλιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἰουβενάλης Ἱεροσο- B λύμων. καθαιροῦνται τοίνυν οἱ αἱρετικοὶ καὶ ἐξορίζονται ἐν Γάγγρᾳ, χειροτονεῖται δὲ Προτέριος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἀντὶ Διοσκόρου. ἡ δὲ ἁγία σύνοδος ἐξεφώνησε τέλειον θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν ἐν δύο φύσεσιν, ἀσυγχύτως ἀδιαιρέτως, τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν. δύο δὲ εἰρήκασι φύσεις τῷ λόγῳ τῆς διαφορᾶς, οὐ τῷ λόγῳ τῆς διαιρέσεως. τήν τε τοῦ Ῥώμης πάπα Λέοντος ἐπιστολὴν πρὸς Φλαβιανὸν γραφεῖσαν ὡς στήλην ὀρθοδοξίας ἐδέξαντο. ἐπικυροῦσι δὲ καὶ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν. ἐδέξαντο δὲ Θεοδώρητον καὶ Ἴβαν ὡς ἀναθεματίσαντας Νεστόριον.

Τῷ γ΄ ἔτει ἡ μακαρία καὶ εὐσεβὴς Πουλχερία ἐκοιμήθη ἐν C Χριστῷ παρθένος καὶ μὴ διαφθαρεῖσα, πάντα τὰ ἑαυτῆς πτωχοῖς διανείμασα.

Τῷ δ΄ ἔτει Οὐαλεντινιανὸς ὁ τῆς Ῥώμης βασιλεὺς τῶν μὲν ὀρθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ἀντελαμβάνετο, πολλῇ δὲ τῇ παρανομίᾳ ἐν τῇ ἑαυτοῦ διαίτῃ ἐκέχρητο· εὐπρεπεστάτῃ γὰρ γυναικὶ Εὐδοξίᾳ συζῶν, θυγατρὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, ἀλλοτρίαις δαιμονιωδῶς ἐκέχρητο. ὡμίλει δὲ συνεχῶς καὶ τοῖς τὰ περίεργα πράττουσι· διὸ καὶ οἰκτίστῳ παραδίδοται θανάτῳ. Μαξίμου γὰρ τοῦ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου τυραννήσαντος ἔκγονος καὶ D ὁμώνυμος, ἐν τοῖς κατὰ Ῥώμην πατρικίοις τελῶν, ἔνδον τοῦ παλατίου γενόμενος τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἀπέσφαξε καὶ τῇ Εὐδοξίᾳ

Paschasius et Lucinsius episcopi ac Bonifacius presbyter; ac Anatolius Cpolitanus, Iuvenalis Hierosolymaeus episcopi. haeretici damnati et Gangram sunt relegati, inque locum Dioscori episcopus Alexandreae creatus Proterius. pronuntiavit sacra ista synodus dominum ac deum nostrum Iesum Christum perfectum esse deum et perfectum hominem, eundem duabus naturis constantem, sine ulla vel confusione vel divisione; duas autem in eo naturas esse ratione non divisionis sed discriminis. epistolam quoque Leonis papae Romani ad Flavianum, ut columen rectae fidei, approbaverunt. Nestorii quoque damnationem ratam habuerunt, Theodorito et Iba receptis, qui eum damnaverant.

Tertio anno imperii Marciani Pulcheria, inviolata virgo, omnes suas facultates pauperibus elargita, vitae pensum absolvit.

Quarto anno Valentinianus Occidentis imperator, tametsi veram religionem amplecteretur, vitam tamen egit flagitiosam. cum enim formosissimam haberet uxorem Eudoxiam, filiam Theodosii imperatoris, nihilominus sceleste alienis mulieribus abutebatur: erat quoque ei assidua cum curiosas artes tractantibus consuetudo. itaque etiam miserrima morte periit. Maximus enim, nepos eius Maximi qui Theodosii magni aetate tyrannidem invaserat, Romae patricia dignitate degens in palatium pervenit, Valentinianum necavit, Eudoxiam stupravit, imperioque

συνεγένετο καὶ τῆς βασιλείας ἐκράτησε· δι' ὧν γάρ τις ἁμαρτάνει,
δι' αὐτῶν καὶ παιδεύεται. ἐπὶ τούτοις ἡ Εὐδοξία ἀχθομένη μετα-
πέμπεται τὸν Γιζέριχον ἐξ Ἀφρικῆς εἰς Ῥώμην, παρακαλέσασα
λυτρωθῆναι τῆς τοῦ Μαξίμου τυραννίδος. Γιζερίχου δὲ στόλῳ
μεγάλῳ ἐκπλεύσαντος εἰς Ῥώμην Μάξιμος φυγῇ ἐχρήσατο, οἱ δὲ
συνόντες αὐτῷ ἀνεῖλον αὐτόν. ὁ δὲ Γιζέριχος μηδενὸς αὐτῷ ἀντι-
P 346 *στάντος εἰσῆλθεν εἰς Ῥώμην τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς φυγῆς Μαξίμου·*
καὶ λαβὼν πάντα τὰ χρήματα, καὶ τὰ τῆς πόλεως ἀναθήματα εἰς
τὰ πλοῖα ἐμβαλών, ἐν οἷς ἦσαν κειμήλια ὁλόχρυσα καὶ διάλιθα
ἐκκλησιαστικὰ καὶ σκεύη Ἑβραϊκά, ἅπερ ὁ Οὐεσπασιανοῦ Τίτος
ἐξ Ἱεροσολύμων ἀφείλετο, σὺν τούτοις λαβὼν τὴν Εὐδοξίαν τὴν
βασιλίδα καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς, εἰς Ἀφρικὴν ἀπέπλευσεν. ἕως
ὧδε δευτέρα ἅλωσις Ῥώμης τῆς μεγάλης, πρώτη μὲν ὑπὸ Ἀλα-
ρίχου, δευτέρα δὲ ὑπὸ Γιζερίχου. καὶ τὴν μὲν Εὐδοξίαν Ὀνορίχῳ
τῷ πρωτοτόκῳ υἱῷ αὐτοῦ συνέζευξε· τὴν δὲ Πλακιδίαν ἄνδρα
ἔχειν μαθὼν Ὀλύβριον τὸν πατρίκιον μετὰ τῆς μητρὸς ἐφύλαξεν
B *Εὐδοξίας. μαθὼν δὲ τὸν Μαξίμου θάνατον Μαιωρῖνος ἐβασίλευσε*
Ῥώμης ἔτη β', καὶ μετ' αὐτὸν Ἄβιτος ἔτη β', καὶ μετὰ τοῦτον
Σεβῆρος ἔτη γ'. καὶ μετ' αὐτὸν οὐκέτι βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ
Ῥεκίμερες διῴκει τὰ πράγματα στρατηγῶν καὶ μεγάλην περικείμε-
νος δύναμιν. κατὰ δὲ τὴν ἑῴαν πάσης γαλήνης μετεῖχον ἅπαντα,
ὡς χρυσοῦς τοὺς χρόνους τούτους λέγεσθαι. τότε καὶ Συμεὼν ὁ
τῆς μάνδρας ἑστὼς ἐπὶ κίονος βίῳ καὶ λόγῳ καὶ θαύμασι διέ-
πρεπε.

potitus est: solent enim flagitia et iis inflictae poenae eiusdem esse generis. at Eudoxia graviter eam ferens iniuriam Gizerichum ex Africa Romam evocat, rogans ut se Maximi tyrannide liberaret. cum Gizerichus magna cum classe ad Romam advenisset, Maximus in fuga a suis trucidatur, barbarus tertio a fuga Maximi die Romam nemine obsistente intrat. hic impositis in naves omnibus urbis opibus atque donariis, sacra etiam supellectile, quae solido auro et lapidibus pretiosis constabat, et vasis Ebraicis quae Titus Hierosolymis attulerat, abducta etiam imperatrice Eudoxia et eius liberis, in Africam rediit. ita secundo capta est Roma, prius ab Alarico occupata. Gizerichus Eudoxiam Honoricho filiorum suorum natu maximo copulavit: Placidiam Olybrio patricio desponsatam audiens cum matre Eudoxia asservavit. Maiorinus cognita Maximi caede Romanum imperium occepit ac biennium tenuit. post eum Avitus annos totidem, inde Severus triennium. post hunc imperator Romae nullus fuit, sed Recimerus rem publicam administravit, dux militiae et magna armatus potentia. in Oriente autem omnia fuerunt pacata, adeo quidem id ut ea aurea aetas diceretur. tunc etiam Symeon monachus in columna stans, vita doctrina et miraculis floruit.

Τῷ ε' ἔτει λίθοι τρεῖς παμμεγέθεις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ Θρᾴκῃ ἔπεσον. καὶ Εὐδοκία ἡ τοῦ Θεοδοσίου γυνὴ ἐν Ἱεροσολύ- C
μοις τελευτᾷ, πολλὰ καταλείψασα ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐν τῷ τελευτᾶν αὐτὴν ἐπωμόσατο μὴ συνειδέναι τῇ κατ' αὐτῆς κατηγορίᾳ ἕνεκεν Παυλίνου.

Τῷ δὲ ζ' ἔτει Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς τελευτᾷ, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. γυνὴ δὲ τούτου Πουλχερία ὀνόματι μόνον· οὐ γὰρ συνεγένετο αὐτῇ. τὴν δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀρχὴν διεῖπεν Ἀνατόλιος, Ἀττικὸν διαδεξάμενος, κόσμου ἔτος ,εϡν', τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος υνϛ'.

Μετὰ δὲ Μαρκιανὸν ἐβασίλευσε Λέων ὁ μέγας, ὀρθόδοξος, ἔτη ιζ'. ἦν δὲ κάτισχνος μὲν τὸ σῶμα, ὑπόσπανος τὴν γενειάδα, φρονήσει κεκοσμημένος, παιδείας καὶ μαθημάτων ἐκτός. τούτου D
γυνὴ Βηρίνη ἀδελφὴ Βασιλίσκου. Μακέλλης δὲ ἐλέγετο διὰ τὸ ἀποκτεῖναι Ἄσπαρα καὶ Ἀρδαβούριον ὡς Ἀρειανοὺς ὄντας· μάκελ γὰρ Ῥωμαϊστὶ ὁ σφαγεὺς λέγεται. Ἄσπαρ δὲ ᾐτήσατο τὸν βασιλέα ἐγκαταστῆσαι τῇ πόλει ἔπαρχον ὁμόδοξον αὐτοῦ καὶ ὁμόφρονα, ὃ κατένευσε μὲν ὁ βασιλεὺς ποιῆσαι, μὴ βουλόμενος δὲ ἐννύχιον δεδήλωκέ τινι τῶν συγκλητικῶν παραγενέσθαι τάχιον. τοῦ δὲ παραγενομένου, ἔπαρχον αὐτὸν προεβάλετο. Ἄσπαρ δὲ τοῦτο ἰδὼν παρ' ἐλπίδα ἐκράτησε τοῦ ἱματίου τοῦ βασιλέως, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν "βασιλεῦ, τὸν ταύτην τὴν ἁλουργίδα περιβεβλημένον οὐ χρὴ διαψεύδεσθαι." καὶ φησὶν ὁ βασιλεύς "ἀλλὰ μὴν P 347

20 παρεβάλλετο P

Quinto anno tres magni lapides de caelo in Thraciam deciderunt. mortua est etiam Ierusalemae Eudocia Theodosii uxor, multa ecclesiae legata relinquens; iuravitque moriens insontem se esse criminis de Paulino sibi impacti.

ψυχῶν ἑκάστη εἰς τὸν ἴδιον ἀπέρχεται χῶρον; τὰ δὲ μεταξὺ τούτων οὐδὲ τοῖς ἄγαν ἀσελγεστάτοις ἥρμοττε λέγειν, μήτοι γε φιλοσόφῳ τοιούτῳ· τοῖς γὰρ τὴν ἀκραιφνῆ πολιτείαν κατωρθωκόσι τοὺς ἀκολάστους καὶ παιδεράστας συνέζευξε, καὶ τούτους κἀκείνους τῶν αὐτῶν ἔφησεν ἀπολαύσεσθαι. Πυθαγόρας τοίνυν καὶ Πλάτων καὶ Πλωτῖνος καὶ οἱ τῆς ἐκείνων συμμορίας ἀθανάτους εἶναι τὰς ψυχὰς συνομολογήσαντες προϋπάρχειν ταύτας ἔφησαν τῶν σωμάτων, καὶ δῆμον εἶναι ψυχῶν, καὶ τὰς πλημμελούσας εἰς σώματα καταπίπτειν, ὡς ἔφην, καὶ τοὺς μὲν πικροὺς εἰς πονηρούς, τοὺς δὲ ἁρπακτικοὺς εἰς λύκους, τοὺς δὲ δολεροὺς εἰς C
ἀλώπεκας, τοὺς δὲ θηλυμανεῖς εἰς ἵππους. ἡ δὲ ἐκκλησία τοῖς θείοις ἑπομένη λόγοις φάσκει τὴν ψυχὴν συνδημιουργηθῆναι τῷ σώματι, καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον τὸ δὲ ὕστερον κατὰ τὴν Ὠριγένους φρενοβλάβειαν. διὰ ταῦτα γοῦν τὰ πονηρὰ καὶ ὀλέθρια δόγματα, μᾶλλον δὲ ληρήματα, προτρέπομεν τοὺς ὁσιωτάτους ὑμᾶς εἰς ἓν συνηγμένους ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν τῇ ὑποτεταγμένῃ ἐκθέσει, καὶ ἕκαστον τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων κατακρῖναί τε καὶ ἀναθεματίσαι μετὰ τοῦ δυσσεβοῦς Ὠριγένους καὶ πάντων τῶν τὰ τοιαῦτα φρονούντων ἢ φρονησόντων εἰς τέλος."

iustitia pro vitae meritis beatitate fruuntur. est autem in promptu huius sententiae absurditatem perspicere. quis enim eum docuit millenarias istas annorum conversiones, et quod 1000 annis elapsis quaevis anima ad suum perveniat locum? nam quae in medio sunt horum, de his ne libidinosissimos quidem decuit ita pronuntiare, nedum tantum philosophum. quippe eos qui vitam perfectissimis functi officiis egerunt, cum intemperantibus et masculorum amatoribus composuit, eademque utrosque manere dixit. Pythagoras ergo Plato Plotinus aliique horum tribules, immortalitatem animae uno consensu adscribentes, eas corporibus priores affirmant, et esse quandam animarum gentem, ac eas quae peccant ideo in corpora delabi, pigrorumque animas abire in asinos, rapacium in lupos, dolosorum in vulpes, mulierum amore furentium in equos. sed ecclesia divinis adstipulans scripturis animam una cum corpore condi affirmat, neque alterum altero prius esse, ut vaecord ivisum est Origeni. propter has igitur malas et perniciosas opiniones, aut deliria potius, vos hortamur, o sanctissimi patres, ut in unum collecti subiectam expositionem et singula eius capita examinetis, damnetisque una cum Origine omnes qui idem sentiunt aut quocumque tempore sentient."

Ἅπερ δὴ λοιπὸν ἡ σύνοδος ἀκούσασα, καὶ πάντα βασανί-
D σαντες οἱ θεῖοι πατέρες ἐξεβόησαν "ἀναθεματίζομεν ὅλοις τούτοις μετὰ πάντων τῶν τὰ τοιαῦτα φρονούντων ἢ φρονησόντων μέχρι τέλους."

Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ Θεοδώρου τοῦ Μόψου ἑστίας καὶ τῶν λοιπῶν οὕτω πάλιν φησὶν ὁ βασιλικὸς τύπος." σπουδὴ γέγονε τοῖς ὀρθοδόξοις καὶ εὐσεβῶς προβεβασιλευκόσι τοῖς ἡμετέροις πατράσι τὰς κατὰ καιρὸν ἀναφυομένας αἱρέσεις διὰ συνόδων ὁσιωτάτων ἱερέων ἐκκόπτειν, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καθαρῶς κηρυττομένης ἐν εἰρήνῃ τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν διαφυλάττειν. διόπερ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας Ἀρείου βλασφημοῦντος καὶ λέ-
P 379 γοντος μὴ εἶναι τὸν υἱὸν ὁμούσιον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἀλλὰ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι, συναγαγὼν ἐν Νικαίᾳ τοὺς τιη' πατέρας καὶ αὐτὸς ἐκεῖ παραγενόμενος, καὶ τοῦ Ἀρείου καταδικασθέντος καὶ ἀναθεματισθέντος, ἐσπούδασε τὴν ὀρθόδοξον κρατῦναι πίστιν, δι' ἧς ὁμολογήσαντες οἱ θεῖοι πατέρες ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ θεῷ καὶ πατρί, ἀλλὰ μὴ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι, μέχρι νῦν ᾄδεται. καὶ Θεοδόσιος δὲ ὁ πρεσβύτερος Μακεδονίου ἀρνουμένου τὴν θεότητα τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ βλασφημοῦντος εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ φάσκοντος νοῦν ἀνθρώπινον μὴ εἰληφέναι
B τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἀλλὰ σαρκὶ ἑνωθῆναι ψυχὴν ἄλογον ἐχούσῃ, συναγαγὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει τοὺς ρν' πατέρας καὶ μετασχὼν καὶ αὐτὸς τῆς συνόδου, καὶ τῶν εἰρημένων καθαιρεθέντων καὶ ἀναθεματισθέντων αἱρετικῶν μετὰ καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν δογμά-

Patres his acceptis literis, omnibusque perpensis, exclamaverunt "damnamus haec omnia, et omnes qui ita sentiunt aut sentient."

Similiter etiam de Theodoro Mopsuestiae episcopo et reliquis ita habent imperatoris literae. "maiores nostri verae fidei cultores, qui ante nos imperium pie administraverunt, operam dederunt ut quovis tempore enascentes haereses conciliis sanctissimorum pontificum exscinderent, veraeque fidei puro praeconio vulgato sanctam dei ecclesiam pacatam conservarent. ideo Constantinus magnus, Ario impie affirmante filium non esse eiusdem cum deo patre substantiae, sed ex nihilo conditum, Nicaeam 318 patres convocavit, atque ipse concilio ei interfuit; ubi Ario damnato et proscripto verae fidei confirmandae intentus fuit, quam divini illi patres professi sunt et quae hodieque cantatur, filium eiusdem esse cum deo patre essentiae, non ex nihilo creatum. ac Theodosius deinde maior, Macedonio deitatem spiritus sancti negante, et Apolinario discipulo eius verbi in natura humana administrationem calumniante, et affirmante verbum mentem humanam sibi non sociasse, verum carni unitum fuisse rationis experte anima praeditae, Cpolin patres 150 convocavit, ipsoque praesente cum dicti haeretici una cum suis

των καὶ ὁμοφρόνων, παρεσκεύασε τὴν ὀρθόδοξον πίστιν κηρύττεσθαι. καὶ Θεοδόσιος δὲ ὁ νέος τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου λέγοντος ἄλλον εἶναι τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν, καὶ τὸν μὲν φύσει υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸν δὲ χάριτι υἱὸν ἀσεβῶς εἰσάγοντος, καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν εἶναι θεοτόκον ἀρνουμένου, συναγαγὼν τὴν προτέραν ἐν Ἐφέσῳ τῶν διακοσίων ἁγίων πατέρων σύνοδον καὶ ἀποστείλας ἄρχοντας ὀφείλοντας παρεῖναι τῇ συνόδῳ, προσέταξε καὶ τὸν Νεστόριον παραγενέσθαι καὶ κρίσιν ἐπ᾽ αὐτὸν γενέσθαι, καὶ δὴ γενομένης ἀκριβοῦς ἐξετάσεως κατεδίκασαν C *Νεστόριον καὶ ἀνεθεμάτισαν σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ. τούτων δὲ οὕτω προελθόντων, ἐπαναστάντες Κυρίλλῳ τῷ πανοσιωτάτῳ οἱ τῆς ἐξαγίστου Νεστορίου μερίδος ἐσπούδασαν τό γε ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀνατρέψαι τὴν κατὰ Νεστορίου γεγενημένην κρίσιν. ἀλλ᾽ οὖν γε Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἀντιλαμβανόμενος τῶν ὄντως ὀρθῶν κατὰ Νεστορίου καὶ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ δογμάτων κριθέντων, παρεσκεύασε κρατεῖν γενναίως τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ γεγενημένην κρίσιν. καὶ γὰρ πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα τινὰ κατὰ τοῦ θείου Κυρίλλου πρὸς τὸν βασιλέα καταφλυαρησάντων, γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Κύριλλος τοιαῦτα. "ἐπειδήπερ ἐπυθόμην, ὦ εὐσεβέστατε βασιλεῦ, τῶν φιλολογεῖν εἰωθότων τινὰς ἀγρίων σφηκῶν δίκην περιβομβεῖν καὶ μοχθηροὺς* D *ἐρεύγεσθαι κατ᾽ ἐμοῦ λόγους, ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατακομισθὲν καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λέγοντος τὸ θεῖον σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέντοι καὶ δύο υἱοὺς κατὰ Νεστόριον ὁμολογεῖν ἡμᾶς κατεφλυά-*

16 *al.* βεβαίως margo P

impiis opinionibus et sectatoribus damnati communioneque ecclesiae exclusi essent, curam adhibuit ut verae fidei doctrina praedicaretur. sed et Theodosius minor, cum impius Nestorius diceret alium esse deum verbum, alium Christum, ac verbum quidem natura esse filium dei, Christum tantum ex gratia impie autumaret, negaretque beatam Mariam esse dei genitricem, priorem sanctam Ephesinam synodum 200 patrum convocavit, missis qui ei interessent praefectis, citato etiam ad dicendam causam Nestorio. re diligentissime cognita Nestorius et eius sectatores damnati sunt. re hoc modo procedente, contra sanctissimum Cyrillum insurrexerunt qui erant a parte detestabilis Nestorii, conatique sunt (quantum in ipsis erat) rescindere sententiam quae erat in Nestorium lata. ibi Theodosius defendens orthodoxos contra Nestorii factionem, damnationem ipsius et impiarum opinionum quas asserebat ratam haberi curavit. nam cum Nestoriani praeterea etiam alia quaedam crimina Cyrillo apud imperatorem nugaciter impingerent, ad eum Cyrillus in hanc sententiam scripsit: postquam mihi, piissime imperator, renuntiatum est, quosdam garrulos instar vesparum ferarum susurris suis aures tuas personare, et maledicta in me eructare nugantes me asserere Christi divinum corpus caelo delatum et non de sancta virgine assumptum, itemque duos filios de sententia Nestorii confiteri, existimavi debere me

ρησαν, δεῖν ᾠήθημεν ὀλίγα περὶ τούτου πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν οὕτως. ὦ ἀνόητοι καὶ μόνον εἰδότες συκοφαντεῖν, πῶς εἰς τοῦτο παρήχθητε γνώμης καὶ τοσαύτην νενοσήκατε μανίαν; ἔδει γὰρ σαφῶς ἐννοεῖν ὅτι σχεδὸν ἅπας ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀγὼν συγκεκρότητο P 380 διαβεβαιουμένοις ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Μαρία. ἀλλ' ἐπείπερ ἐξ οὐρανοῦ καὶ οὐκ ἐξ αὐτῆς γεγεννῆσθαι τὸ θεῖον σῶμα τοῦ Χριστοῦ λέγομεν, ὥς φασί, πῶς ἂν νοοῖτο θεοτόκος; τίνα γὰρ ὅλως τέτοκεν, εἰ μή ἐστιν ἀληθὲς ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουήλ; γελάσθωσαν τοίνυν οἱ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τὰ κατ' ἐμοῦ πεφλυαρηκότες. οὐ γὰρ ψεύδεται λέγων ὁ μακάριος Ἡσαΐας 'ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.' ἀληθεύει δὲ πάντως καὶ ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν παρθένον εἰπὼν 'μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ, καὶ ἰδοὺ B συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.' ὅταν δὲ λέγωμεν ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ οὐχ ὡς ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθείσης τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ταῦτα φαμέν, ἀλλ' ὡς ἑπόμενοι τῷ ἱερῷ Παύλῳ φάσκοντι 'ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεύτερος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ.' μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος 'οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.' καίτοι γεγέννηται κατὰ σάρκα, ὡς εἴρηται, ἐκ τῆς

adversus ipsos pauca in hanc sententiam dicere. o fatui et nullius rei nisi calumniandi gnari, quomodo in hanc devenistis sententiam tantumque insaniae concepistis? omnino enim oportebat hoc vos perspicue sentire, totam hanc nostram de fide disputationem inde ortam quod nos Mariam deiparam esse contendimus. atqui si, ut illi dicunt, nos corpus Christi divinum caelitus venisse, non ex ipsa natum dicimus, qui ea possit deipara dici? quem enim tandem peperit, si hoc verum non est, quod secundum carnem pepererit Emmanuelum? rideantur ergo qui haec et talia de me blaterant. non enim mentitur Esaias, cum ita vaticinatur (cap. 7): 'ecce virgo concipiet, et pariet filium, et ei nomen facient Emmanuelo; quod est, nobiscum deus.' et haud dubie verum dixit Gabrielus, angelorum princeps, Mariam ita alloquens (Luc. 1) 'ne metuas tibi Maria: nam gratiam apud deum invenisti. ecce gravida eris, et paries filium, eique nomen Iesu impones, quia populum iste suum peccatis solvet.' cum autem dominum nostrum Iesum Christum dicimus desuper de caelo venisse, non eo sensu id dicimus quasi putemus eum sanctam suam carnem de caelo detulisse: sed sequimur S. Paulum, qui ita ait (1 Cor. 15) 'primus homo ex terra pulvereus, secundus, dominus e caelo.' recordamur etiam ipsum dominum dixisse (Ioan. 3) "nemo adscendit in caelum, nisi qui descendit inde, filius hominis." at vero quod ad carnem attinet, natus est, sicut diximus, ex

ἁγίας παρθένου. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσας θεὸς λόγος κεκένωκεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών, καὶ κεχρημάτικεν C ἀνθρώπου υἱὸς μετὰ τοῦ μεῖναι ὃ ἦν, τουτέστι θεός (ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστίν), ὡς εἷς ἤδη νοούμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἐξ οὐρανοῦ λέγεται κατελθεῖν. ὠνόμασται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, τέλειος ὢν ἐν θεότητι καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ νοούμενος. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, κἂν τῶν φύσεων διαφορὰ μὴ ἀγνοῆται, ἐξ ὧν τὴν ἀπόρρητον ἕνωσίν φαμεν πεπρᾶχθαι. τοιγαροῦν ὁμολογοῦμεν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατέρος γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας D τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονεν· ὅθεν ἕνα Χριστόν, ἕνα υἱόν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. κατὰ ταύτην οὖν τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν ὁμολογοῦμεν καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον ἀληθῶς θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν θεὸν λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι καὶ ἐξ αὐτῆς συλλήψεως ἑνῶσαι αὐτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. καὶ εἰ δοκεῖ, δεξώμεθα εἰς παράδειγμα τὴν P 381 καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς σύνθεσιν, καθ' ἥν ἐσμεν ἄνθρωποι. συντεθείμεθα γὰρ ἐκ ψυχῆς καὶ σώμανος, καὶ ὁρῶμεν φύσεις δύο,

beata virgine. sed quoniam verbum dei caelo degressum se ipsum exinanivit formam servi assumendo, filiusque hominis appellatus est, cum quidem idem permaneret qui antea fuerat (est enim immutabilis et nulli alterationi obnoxiae naturae), cum iam unus intelligeretur esse cum propria carne, dicitur de caelo venisse. et nominatur etiam homo de caelo profectus, cum sit perfectus deus idemque perfectus homo, intelligiturque una esse persona. unus enim est dominus Iesus Christus, tametsi naturarum discrimen non ignoretur, ex quibus ineffabilem illam dicimus factam unitionem. fatemur itaque verbum, unigenitum dei filium, deum esse perfectum, et perfectum hominem corpore et anima ratione praedita constantem; quod ad deitatem attinet, genitum a patre ante secula, ultimis autem temporibus eundem nostrum et salutis nostrae causa natum ex Maria virgine, quod ad humanam spectat naturam. eundemque et essentiae cum patre eiusdem ratione deitatis, et eiusdem nobiscum essentiae ratione humanitatis. duarum enim naturarum facta est unio. inde est quod unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur. atque huius inconfusae unionis consideratione fatemur etiam sanctam virginem vere fuisse deiparam, ideo quod deus verbum carnem induit et homo factus est, inque ipsa conceptione sibi univit templum, quod ex ipsa assumebat. si placet, exempli loco assumamus nostrum ipsorum compositionem, quatenus homines sumus. constamus nimirum anima et

ἑτέραν μὲν τοῦ σώματος ἑτέραν δὲ τῆς ψυχῆς. ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν
καθ' ἕνωσιν ἄνθρωπος, καὶ οὐχὶ τὸ ἐκ δύο φύσεων συντεθεῖσθαι
δύο ἀνθρώπους τὸν ἕνα νοεῖσθαι παρασκευάζει, ἀλλ' ἕνα τὸν ἄν-
θρωπον κατὰ σύνθεσιν, ὡς ἔφην, τὴν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.
ἐὰν γὰρ ἀνέλωμεν τὸ ὅτι ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων ὁ εἷς καὶ
μόνος ἐστὶ Χριστός, ἀδιάσπαστος ὢν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐροῦσιν
οἱ δι' ἐναντίας 'εἰ μία φύσις τὸ ὅλον, πῶς ἐνηνθρώπησεν, ἢ ποίαν
B ἰδίαν ἐποιήσατο σάρκα;' τοὺς δὲ λέγοντας ὅτι κρᾶσις ἢ σύγχυσις
ἢ φυρμὸς ἐγένετο τοῦ θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καταξιωσάτω
σου ἡ θεοσέβεια προδήλως ἐπιστομίζειν."" μετὰ δὲ ταῦτα Κυ-
ρίλλου τελευτήσαντος ἐπιφύεται μοναχός τις καὶ ἀρχιμανδρίτης
Εὐτυχὴς ὀνομαζόμενος, καὶ ἀποσπᾷ κατόπιν αὐτοῦ μέρος οὐκ
ὀλίγον τοῦ λαοῦ, κυρῶν τὰ Νεστορίου καὶ τὸ αὐτοῦ πονηρὸν δό-
γμα, φάσκων μὴ εἶναι τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἡμῖν ὁμοούσιον.
καὶ δὴ πάλιν μετ' ὀλίγον διαβολικῆς ἰσχυσάσης χειρὸς ἑτέρα σύνο-
δος ἐν Ἐφέσῳ λῃστρικὴ καὶ οὐχ ὁσία γίνεται, παραπεμφθέντος
ἐκεῖσε καὶ Φλαβιανοῦ Κωνσταντινουπόλεως, τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν
C Διοσκόρου Ἀλεξανδρείας ἔχοντος· καὶ φονεύεται μὲν Φλαβιανὸς ὁ
θεῖος, ὑπερμαχῶν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀνατρέπεται δὲ ἡ ἐν
Ἐφέσῳ πρώτη σύνοδος, ὑπογραψάντων φονικῇ βίᾳ τινῶν ἐπι-
σκόπων, ἐξ ὧν ὑπῆρχε Βασίλειος ὁ Σελευκείας. κἀντεῦθεν τῶν
τοῦ Νεστορίου καὶ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς δημοσιευομένων πο-

corpore. ac videmus duas naturas, aliam corporis, aliam animae, hominem vero, ex utriusque unitione facta, unum. neque compositio ex duabus naturis efficit ut pro uno homine duos cogitemus: sed unum (ut dixi) intelligimus hominem, ex anima et corpore compositum. si enim hoc tollamus, ex duabus et differentibus naturis unum et indivulsum Christum ab unitione exstitisse, dicent adversarii: si una natura totius Christi est, quomodo potuit humanam naturam induere, aut quam carnem sibi propriam adsciscere? eos autem qui dicunt contemperationem confusionem aut mixtionem naturarum verbi dei cum carne factam, palam iis ora obturare tua pietas dignetur. post haec Cyrillo mortuo, exstitit monachus quidam et claustri princeps, nomine Eutyches. hic non exiguam populi partem sibi adiunxit, Nestorii opiniones probans dicensque carnem Christi non eiusdem cum nostra esse naturae. et quidem rursus non multo post diabolica manu praevalente aliud Ephesi concilium latronum, nequaquam sanctum, cogitur, misso ad id etiam Flaviano Cpolitano episcopo, cum penes Dioscorum Alexandreae episcopum summa rerum ibi esset. Flavianus veritatem tuens in eo concilio occiditur, et priori synodo Ephesiae auctoritas abrogatur, subscribentibus posteriori huic quibusdam episcopis vi latronum eo compulsis, inter quos fuit etiam Basilius Seleuciae episcopus. inde cum publice docerentur Nestorii Dioscori et Eutychis perniciosae opiniones, magnique

νηρῶν δογμάτων, καὶ πολλῆς ταραχῆς γινομένης μάλιστα ἐν τῇ ἀνατολῇ, φονεύεται Προτέριος ὁ μέγας ἱερεὺς καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων ἀνίσταται θεόθεν Μαρκιανὸς ὁ βασιλεύς, καὶ συναγαγὼν ἐν Χαλκηδόνι τὴν τῶν χλ' πατέρων σύνοδον, παρόντων Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς πορευθείς, καταδικάζονται μὲν Διόσκορος καὶ Εὐτυχὴς καὶ Νεστόριος D *καὶ πάλιν ἀναθεματίζονται, Θεοδώρητον δὲ καὶ Ἴβαν καὶ Βασίλειον Σελευκείας ἐδέξαντο καθυπογράψαντας. καὶ τῆς λῃστρικῆς συνόδου ἀνατραπείσης καὶ ἀναθεματισθείσης, εἰς μίαν συμφωνίαν ἤγαγον πάντας οἱ θεῖοι πατέρες. τούτων δὲ τῶν τεσσάρων συνόδων οὕτω γενομένων καὶ ἐπιβεβαιωθεισῶν καὶ κρατουσῶν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, οἱ τὰ Νεστορίου φρονοῦντες ἐσπούδασαν αὖθις τὴν αἵρεσιν αὐτῶν κρατῦναι . . . τῆς Θεοδώρου τοῦ Μόψου ἑστίας ἀφορμῆς, πολλῷ χείρονα τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Νεστορίου βλασφημήσαντος. ὅθεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες* P 382 *τοῖς ἡμετέροις πατράσι, καὶ βουλόμενοι τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀλώβητον διαφυλάττεσθαι, προτρέπομεν καὶ τούτου τὰς βλασφημίας διεξετάσαντας κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ ἀποφήνασθαι. πρὸς γὰρ ταῖς ἄλλαις ἀναριθμήτοις αὐτοῦ δυσφημίαις εἰς Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν γενομέναις, ἄλλον εἶναι τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν, ὑπὸ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον, καὶ τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν ἀφιστάμενον πρὸς τὰ κρείττονα τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων ἐληλυθέναι, καὶ τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ γενόμενον ἄμωμον, καὶ ὡς ψιλὸν ἄν-*

praesertim in Oriente existerent tumultus, occisi sunt Proterius episcopus et alii plurimi. eo rerum statu divina providentia Marcianum imperatorem creat. is interfuit a se coacto Chalcedone 630 patrum concilio, praesentibus etiam Dioscoro et Eutychete. ibi rursus damnantur Dioscorus Eutyches et Nestorius, approbantur Theodoritus Ibas et Basilius Seleuciae episcopus, cum tandem priori concilio subscripsissent. ita abolitis praedatoriae synodi actis et damnatis, concordia a sanctis patribus inter omnes conciliata est. his quattuor conciliis sic actis et auctoritate roboratis, eamque in ecclesia dei obtinentibus, Nestoriani denuo conati sunt suam haeresim confirmare opera Theodori Mopsuestiae episcopi, qui magistrum suum Nestorium impie de rebus sacris loquendo superabat. proinde nos vestigiis maiorum nostrorum insistentes cupientesque veram fidem integram conservare, hortamur vos ut huius quoque scelerata mendacia examinantes de eo et sectatoribus ipsius statuatis. nam praeter innumera alia quae impie in Christum deum nostrum maledicta evomuit, id quoque protulit alium esse deum verbum, alium Christum, qui animi perturbationibus et carnis cupiditatibus molestiam ipsi exhibentibus paulatim a deterioribus desistens factorum profectu in melius evaserit, inculpataque optimae vitae ratione

B θρωπον ἐν ὀνόματι πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτισθῆναι, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰληφέναι, καὶ υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι, καὶ καθ' ὁμοίωσιν βασιλικῆς εἰκόνος εἰς πρόσωπον τοῦ θεοῦ λόγου τὸν Χριστὸν προσκυνεῖσθαι, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις καὶ ἀναμάρτητον γεγενῆσθαι. καὶ πρὸς τούτοις εἶπε τοιαύτην γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν τοῦ θεοῦ λόγου πρὸς τὸν Χριστὸν ὁποίαν ὁ ἀπόστολος ἔφη περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός· ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ἔτι δὲ προτρέπομαι ὑμᾶς ἐξετάσαι καὶ τὰ κακῶς γραφέντα παρὰ Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἁγίας συνόδου, καὶ ὁμοίως τὰ κατ' αὐτοῦ ἀποφήνασθαι."

C Καὶ ταῦτα πάλιν ὡσαύτως οἱ θεῖοι πατέρες πολυπραγμονήσαντες ἀπεκρίθησαν "ἡ μὲν ἐν Χαλκηδόνι θεία σύνοδος Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα πολλὰ καταβοήσασα οὐκ ἄλλως αὐτοὺς ἐδέξατο, εἰ μὴ πρότερον ἀνεθεμάτισαν τὰ ἴδια πονηρὰ συγγράμματα καὶ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον. ἡμεῖς δὲ κατακρίνομεν καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς, τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσιν ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ Θεόδωρον γενόμενον ἐπίσκοπον Μόψου ἑστίας καὶ τὰ δυσσεβῆ συγγράμματα αὐτοῦ, καὶ μέντοι καὶ τὰ κακῶς παρὰ Θεοδωρήτου συγγραφέντα κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν δώδεκα κεφα-
D λαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἱερᾶς συνόδου, καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ γέγραπται. πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστο-

usus sit; qui, ut nudus homo, in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizatus, per baptismum gratiam spiritus sancti consecutus, adoptione sit dignatus; et ad similitudinem regiae imaginis Christum in persona verbi dei adoratus, post resurrectionem animo constanti et peccatorum vacuo fuerit. praeterea pronuntiavit eam fuisse verbi cum Christo unitionem, quae est ab apostolo dicta viri cum muliere: et erunt duo in una carne. ad haec vos hortor ut etiam examinetis quae a Theodorito et Iba male scripta sunt contra prius Ephesinum sanctum concilium, contraque eos eodem modo sententiam feratis.

Patres his rursum accurate consideratis responderunt: "Chalcedonense sacrum concilium Theodoritum et Ibam graviter verbis insectatum non alia condicione in gratiam recepit, quam ut prius sua damnarent mala scripta et Theodorum ac Nestorium. nos autem praeter reliquos omnes haereticos a dictis quattuor sanctis conciliis damnatos atque ecclesia exclusos, damnamus etiam atque proscribimus Theodorum qui fuit Mopsuestiae episcopus, eiusque impios libros, nec non ea quae Theodoritus male scripsit contra veram fidem et duodecim sancti Cyrilli capita ac primam sanctam Ephesinam synodum, et pro defensione Theodori ac Nestorii. praeterea damnamus etiam impiam epistolam quam

λὴν τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, τὴν ἀρνουμένην τὸν θεὸν λόγον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τῆς θεοτόκου Μαρίας σαρκωθέντα ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, καὶ τὸν θεσπέσιον Κύριλλον ὡς αἱρετικὸν διαβάλλουσαν, καὶ μεμφομένην μὲν τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην ἁγίαν σύνοδον ὡς χωρὶς κρίσεως καὶ ζητήσεως τὸν Νεστόριον καθελοῦσαν, καὶ τὰ ιβʹ κεφάλαια τοῦ μακαρίου Κυρίλλου διαπτύουσαν, ἐκδικοῦσαν δὲ Νεστόριον καὶ Θεόδωρον καὶ τὰ θεοστυγῆ αὐτῶν συγγράμματά τε καὶ δόγματα. διὸ δὴ τοίνυν τὰς μὲν τῶν αἱρετικῶν τούτων καὶ πάντων ἀθυρο- P 383
στόμους γλώσσας καὶ τὰς τούτων ἀσεβεστάτας συγγραφάς, αὐτούς τε τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς μέχρι τέλους ἐμμείναντας τῇ οἰκείᾳ κακοδοξίᾳ καὶ πονηρίᾳ, μετὰ πατρὸς τοῦ ψεύδους εἰκότως διαβόλου συναριθμοῦντες, ἐροῦμεν 'πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.'"

Ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσι πλούσιός τις ἐν Κωνσταντινουπόλει νοσήσας καὶ τὸν θάνατον δειλιάσας ἔδωκε τοῖς πένησι χρυσίου λίτρας τριάκοντα. καὶ παρὰ προσδοκίαν ὑγιάνας καὶ μεταμεληθεὶς ἐκ διαβολικῆς ἀπάτης θαῤῥεῖ τοῦτο γνησίῳ καὶ πλουσίῳ φίλῳ αὐτοῦ. ὁ δὲ λέγει αὐτῷ "μηδαμῶς ὦ ἄνθρωπε παραδέξῃ τὸν πο- B
νηρὸν τοῦτον λογισμόν, καὶ λυπήσεις θεὸν τὸν ἐλεήσαντά σε καὶ ἀναστήσαντα διὰ τὴν ἐλεημοσύνην σου, καὶ ἐπάξει σοι θάνατον αἰφνίδιον, καὶ ἀπέλθῃς ἀμετανόητος." τοῦ δὲ μὴ πειθομένου ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀποδυσπετοῦντος, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ φίλος "ἐπεὶ συμβουλεύοντός μου τὰ πρὸς σωτηρίαν οὐ καταδέχῃ, εἴπω σοι

Iba fertur scripsisse ad Marin Persam, quae negat verbum dei ex sancta virgine deipara Maria incarnatum hominem esse factum, et divum Cyrillum pro haeretico traducit; ac primam quidem Ephesinam sacram synodum reprehendit, ut quae incognita causa Nestorium damnaverit, 12 autem capitula sancti Cyrilli conspuit, Nestorio et Theodoro eorumque impiis scriptis et opinionibus patrocinatur. quapropter effrenes haereticorum istorum linguas impiissimaque scripta, ipsosque ad extremum in falsis suis opinionibus ac malitia perseverantes, optimo iure patri mendaciorum diabolo annumerantes dicemus: vadite in lumine ignis vestri, et in flamma quam concepistis.

Ea tempestate Cpoli dives quidam cum aegrotaret mortemque timeret, 30 libras argenti in pauperes erogavit. restitutus autem praeter spem suam bonae valetudini, fraude diaboli eo est inductus ut facti eius ipsum poeniteret, hocque cuidam fideli ac diviti suo amico aperiret. monet iste hominem ne huic malae assentiatur cogitationi, deumque irritet, qui eum propter istam largitionem miseratus sanitate donaverit: alioqui fore ut subita morte nondum mutato facto pereat. cum non moveretur ille, sed magis magisque quiritaretur, amicus "quando" inquit "salutare consilium non admittis, aliud tibi subiiciam." poscenti hoc,

ἑτέραν βουλήν." ὁ δέ φησι "ποίαν ταύτην;" καὶ ὁ ἀληθὴς ἐλεήμων ἀπεκρίνατο "δεῦρο εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰπέ 'οὐκ εἰμὶ ἐγὼ κύριε ὁ ποιήσας τὴν ἐλεημοσύνην ἐκείνην, ἀλλ' οὗτός ἐστι,' καὶ παρέξω σοι τὰς τριάκοντα λίτρας εὐθέως." ὁ δὲ ταλαίπωρος ἐκεῖνος ἄνθρωπος συνθέμενος τοῦτο καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπελ-
C θών, τὸ χρυσίον ἐν χερσὶ λαβὼν καὶ τὸν λόγον εἰπών, ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι αὐτὸν πεσὼν παρὰ τὴν πύλην τῆς ἐκκλησίας ἀπέθανε. τῶν κληρικῶν δὲ ἐκπλαγέντων καὶ πάντων τῶν εὑρεθέντων, προετρέποντο τὸν κύριον τῶν νομισμάτων λαβεῖν αὐτά. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, ἀλλὰ τοῖς πτωχοῖς ταῦτα διένειμεν εἰπὼν "ὁ θεὸς οὐ μυκτηρίζεται." ἡ γὰρ πρὸς τὸν θεὸν ἐπαγγελία οὐ μόνον ἄχρι χρημάτων ἀλλὰ καὶ μέχρι λόγου φθάνει καὶ προαιρέσεως. ἀνάγκη τοίνυν ἀποδιδόναι πάντας τὰ ἐπηγγελμένα πρὸς θεόν, τὴν μὲν παρθένον τὴν παρθενίαν, τὴν δὲ ἐγκρατῆ τὴν ἐγκράτειαν, τοὺς ἐν
D γάμῳ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους τιμὴν καὶ ἀγάπην, καὶ τέλος πάντας τὴν εἰς θεὸν πίστιν καὶ εὐλάβειαν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀνδρίαν.

Καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐγένετό τι τοιοῦτον. ἐπίσκοπός τις εὐλαβὴς πάνυ πλησίον ἔχων τινὰ φιλόσοφον Εὐάγριον καλούμενον, ἑταῖρον μὲν αὐτοῦ γενόμενον ἐν τοῖς παιδευτηρίοις, Ἕλληνα δὲ τὴν θρησκείαν, ὃν ὁ ἐπίσκοπος μεταθεῖναι βουλόμενος ἐκ τῆς εἰδωλομανίας πρὸς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν συνεχῶς προσεκαλεῖτο καὶ διελέγετο. τοῦ δὲ μὴ πειθομένου ἀλλὰ καὶ σφοδρῶς δυσχεραίνοντος, εἰπεῖν λέγεται ἐν μιᾷ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον "ὄντως, κύριε

vere misericors ille "agedum" ait, "in templum abi, et non te, verum me istam in pauperes elargitum fuisse pecuniam dicito. ipse tibi statim 30 illas libras reddam." consentiens infelix ille ad templum abiit, auroque accepto ita uti alter praeceperat locutus est. inde egrediens ad ipsam templi portam mortuus concidit. clericis ad rei novitatem stupentibus omnibusque aliis qui tum forte aderant, iubentibusque alterum pecuniam recipere suam, ille non obtemperavit, sed omnem inter egenos divisit, quod diceret deum non pati sannas. promissa enim deo non tantum pecuniam, sed verba etiam voluntatemque obligant; et quidquid homo deo pollicitus fuerit, id praestare opus habet, virgo virginitatem, continens continentiam, qui in matrimonio vivunt, pudicitiam mutuumque amorem et honorem, denique omnes fidem deo et religionem et iustitiam et fortitudinem.

Alexandreae porro talis res accidit. episcopus quidam admodum religiosus vicinum habebat quendam philosophum, Evagrium nomine, Graecae superstitioni addictum, qui in schola sodalis episcopo fuerat. hunc episcopus a vaesano falsorum numinum cultu ad fidem Christianam traducere cupiens identidem provocabat, cumque eo disputabat. sed philosophus neque concedebat et magis magisque verae religioni infensus reddebatur. quodam die fertur episcopum in haec verba allocutus:

ἐπίσκοπε, καὶ τοῦτο μετὰ πάντων ἀπαρέσκει μοι, ὃ λέγετε οἱ P 384 Χριστιανοί, ὅτι συντέλεια τοῦ κόσμου γίνεται καὶ τῶν σωμάτων ἀνάστασις καὶ ἀνταπόδοσις τῶν βεβιωμένων, καὶ ὅτι ὁ ἐλεῶν πτωχὸν θεῷ δανείζει καὶ ἑκατονταπλασίονα μετὰ ζωῆς αἰωνίου ἀπολήψεται." καὶ τοῦ ἐπισκόπου διαβεβαιουμένου μηδὲν ψεῦδος ἢ χλεύην ἐν τοῖς τῶν Χριστιανῶν εἶναι δόγμασιν, ἀνεχώρησεν Εὐάγριος πολλὴν ἔχων συζήτησιν ἐν ἑαυτῷ. μετὰ δέ τινα χρόνον, θεοῦ συνεργοῦντος τῇ τοῦ ἐπισκόπου διδασκαλίᾳ, πιστεύσας ὁ φιλόσοφος ἐβαπτίσθη· ὃς αὐτίκα παρασχὼν τῷ ἐπισκόπῳ χρυσίου λίτρας τριακοσίας (ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα) λέγει "δέξαι ταῦτα, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ διαδοὺς πτωχοῖς ποίησόν μοι ἰδιόχειρον ὅτι λήψομαι αὐτὰ παρὰ τοῦ θεοῦ." τοῦ δὲ ταῦτα δεξαμένου B προθύμως καὶ τὸ γράμμα ποιήσαντος, διεδόθη παρ' αὐτοῦ τοῖς πένησι πάντα. ἐπιζήσας οὖν χρόνους τινὰς ὁ φιλόσοφος ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ἀρεταῖς μεγάλαις, παρήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις τελευτῶν ἐνθεῖναι τὸν χάρτην ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ καὶ οὕτω ταφῆναι. καὶ τούτου γενομένου, μετὰ τρίτην ἡμέραν ἐπιφαίνεται κατ' ὄναρ ὁ φιλόσοφος τῷ ἐπισκόπῳ λέγων "ἐλθὲ εἰς τὸν τάφον μου, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ λάβε τὸ ἰδιόχειρόν σου· ἀπέλαβον γὰρ τὸ χρέος ἑκατονταπλάσιον, καὶ οὐδένα ἔχω λόγον πρός σε, ἀλλὰ πρὸς τελείαν πληροφορίαν σου ἰδιοχείρως ἐν αὐτῷ καθυπέγραψα." τοῦ δὲ ἐπισκόπου πρωῒ μεταστειλαμένου τοὺς υἱοὺς τοῦ φιλοσόφου, καὶ C μαθόντος παρ' αὐτῶν ὡς συνετάφη αὐτῷ τὸ ἰδιόχειρον, ἀπέρχεται μετὰ τῶν κληρικῶν τῆς πόλεως, καὶ ἀνοίξαντες τὸν τάφον

"profecto, episcope, praeter alia et hoc mihi improbatur, quod mundi finem fore vos Christiani dicitis, corpora resurrectura de mortuis et pro acta vita cuique mercedem redditum iri. tum qui pauperi misericordia motus largiatur, eum sua apud deum in favore ponere, recepturumque centuplum cum vita aeterna." episcopo nihil vanitatis aut ludibrii inesse Christianae doctrinae summopere affirmante, ita discessit Evagrius ut qui animi valde dubius esset. aliquanto post tempore, deo episcopi doctrinam adiuvante, credidit et baptizatus est; utque erat praedives, attulit ad episcopum 300 auri libras, quas ille pauperibus distribueret, data sibi cautione manu propria scripta deum ista redditurum. episcopus pecuniam accepit, eamque data syngrapha inter egenos divisit. philosophus autem aliquot adhuc annos cum pie vixisset magnaque virtutum opera edidisset, moriturus suis liberis praecepit ut sibi in manum insererent syngrapham istam atque sic sepelirent. his ita factis tertio post die episcopo in somnis visus est Evagrius, ita alloquens "accede ad sepulcrum meum, episcope, et recipe syngrapham tuam. redditum est enim mihi debiti centuplum, neque habeo quod a te exigam. sed et quo plenius tibi caveretur, manu mea subscripsi." diluculo episcopus philosophi filios ad se vocavit, cumque ex iis rescivisset chirographum cum Evagrio fuisse sepultum, cum clero urbis ad

εὑρίσκουσι τὸν φιλόσοφον καθήμενον καὶ τὴν χεῖρα μετὰ τοῦ γράμματος προτείνοντα. τῶν δὲ κληρικῶν πειρωμένων λαβεῖν τὸν χάρτην οὐδενὶ τοῦτον ἔδωκε. τοῦ δὲ ἐπισκόπου τὴν χεῖρα ἁπλώσαντος παραχρῆμα τὸν χάρτην ἐπιδοὺς ἀνέπεσε πάλιν· ὅνπερ ἀνοίξας ἐπὶ πάντων, εὗρε νεωστὶ ὑπογεγραμμένον τῇ χειρὶ τοῦ φιλοσόφου οὕτως "ἐγὼ Εὐάγριος φιλόσοφος σοὶ τῷ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ κυρίῳ μου Συνεσίῳ χαίρειν. ἴσθι, πάτερ, ὡς ἔλαβον τὸ χρέος ἑκατονταπλάσιον, καὶ οὐδένα πρός σε λόγον ἔχω περὶ τού-
D του." πάντων οὖν τῶν ἀκουσάντων καταπλαγέντων σφόδρα, καὶ ἐπὶ πολὺ κραζόντων τὸ κύριε ἐλέησον, ἐκέλευσεν ὁ ἐπίσκοπος τὸ τοῦ φιλοσόφου ἰδιόχειρον τηρεῖσθαι ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ.

Τῷ κζ' ἔτει, μηνὶ Αὐγούστῳ ιε', γέγονε σεισμὸς μέγας, ὥς πεσεῖν πολλοὺς οἴκους καὶ ἐκκλησίας καὶ λοετρὰ καὶ τὰ τείχη μάλιστα τῆς χρυσῆς πόρτης· καὶ πολλοὶ ἀπέθανον. οὗτος ὁ σεισμὸς παγκόσμιος γέγονεν, ὥστε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην σχεδὸν πτωθῆναι, καὶ τὴν θάλασσαν ἀναρριχᾶναι μίλια δύο, καὶ πολλὰ πλοῖα
P 385 ἀπολέσθαι ἐν τῇ τοῦ ὕδατος ἀναχαιτίσει. καὶ ἐν μὲν τῇ Ἀραβίᾳ καὶ Παλαιστίνῃ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ Ἀντιοχείᾳ κατεπτώθησαν πόλεις πολλαὶ καὶ κῶμαι, καὶ συνελήφθησαν ἀνθρώπων πλήθη καὶ ἀλόγων, πέπτωκε δὲ καὶ τῆς Νικομηδείας μέρος πολύ, καὶ ἐπεκράτησεν ὁ σεισμὸς ἡμέρας μ'. γίνεται δὲ ἡ μνήμη τοῦ σεισμοῦ τούτου κατ' ἔτος ἐν τῷ Κάμπῳ λιτανεύοντος τοῦ λαοῦ.

Τῷ κη' ἔτει, μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐν τῇ συνάξει τοῦ ὄρους γέγονε

sepulcrum accessit. quo aperto invenerunt philosophum sedentem, manumque cum charta protendentem. quam cum vellent clerici eximere, nemini eorum concessit: episcopo autem manum explicante eam statim dimisit, ac recubuit. episcopus charta in conspectu omnium aperta, invenit recens manu philosophi subscriptum ita "Evagrius philosophus sanctissimo episcopo domino meo Synesio salutem. scias, pater, me centuplum debiti recepisse, neque eo nomine habere quod abs te exigam." hoc audito, cum omnes vehementer attoniti aliquamdiu vociferati essent "miserere domine," iussit episcopus, philosophi manu scriptam schedam in armario asservari.

Anno vigesimo septimo, mensis Augusti die decimo quinto, magnus fuit terrae motus, qui multas domos, multa templa et balnea deiecit, et maxime muros ad auream portam, multosque mortales perdidit. per totum mundum ista concussio damna dedit, et mare ad duo miliaria aestus resorpsit, inque eo multae sunt naves confractae. in Arabia Palaestina Mesopotamiaque et Antiochea urbes multae pagique sunt prostrati, obrutaque hominum et brutorum multitudo. corruit etiam Nicomediae magna pars. obtinuit motus iste dies quadraginta. quotannis eius memoria celebratur, populo in Campo supplicante.

Anno 28 mense Iulio in coniunctione montis magnus fuit terrae

σεισμὸς μέγας. καὶ τῇ ιθ' ἐγένοντο βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ φοβεραὶ καὶ ἄνεμος λὶψ μέγας, ὡς πεσεῖν τὸν σταυρὸν τὸν ἱστάμενον ἔσωθεν τῆς χρυσῆς πόρτης.

Τῷ κθ' ἔτει ἐστασίασαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ Σαμαρεῖται ἐν Και- B σαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, καὶ πολλοὺς Χριστιανοὺς ἀνεῖλον, καὶ τὴν ὑπόστασιν αὐτῶν διήρπασαν· οὓς ὁ βασιλεὺς δι' Ἀδάμαντος ἐφούλκισε καὶ ἀπεκεφάλισε, καὶ ἄλλους ἐξώρισε, πάντας δὲ ἠφάνισε.

Τῷ λ' ἔτει ἐφάνη πῦρ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς λόγχη, ἀπὸ ἄρκτου ἕως δυσμῶν.

Καὶ τῷ λα' ἔτει ἐγένοντο πάλιν σεισμοὶ διάφοροι, ὥστε παθεῖν τὰ δύο τείχη Κωνσταντινουπόλεως, τὸ ἀνατολικὸν καὶ τὸ δυτικόν, καὶ πολλαὶ ἐκκλησίαι καὶ οἶκοι ἕως ἐδάφους κατέπεσον. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ προάστεια καὶ τὸ ῥήγιον. ὥστε μὴ γνωρίζεσθαι. καὶ ἐν ἄλλαις δὲ πόλεσιν ἐγένετο ὁ σεισμὸς οὗτος, οἷον οὐκ ἐμνημόνευσεν ἄνθρωπος ἐν ταῖς γενεαῖς ἐκείναις. καὶ ἐσείετο ἡ γῆ C μετὰ φιλανίας ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ἐπὶ ἡμέρας δέκα. διὸ καὶ λυπούμενος ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ γενέθλια καὶ θεοφάνια χωρὶς στέμματος προῆλθε, καὶ τὰ ἐξ ἔθους κλητόρια τοῦ δωδεκαημέρου οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ τὰς ἐξόδους αὐτῶν δέδωκε τοῖς πτωχοῖς. τῷ δὲ Φεβρουαρίῳ μηνὶ γέγονε θνῆσις ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν νέων, ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὥστε μένειν ἀτάφους τοὺς ἀποθνήσκοντας ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς διὰ τὸ μὴ ἐξαρκεῖν τοὺς κραββάτους τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων πρὸς τὸ ἐκφέρειν τοὺς τελευ-

motus; et die 19 tonitrua et fulgura terribilia, ventusque Africus vehemens, quo deturbata est crux quae stabat intra portam auream.

Anno 29 Iudaei et Samaritani mota seditione Caesareae, Palaestinae urbe, multos Christianos interfecerunt et eorum bona diripuerunt. quos imperator ministerio Adamantii suppliciis affecit, capitibus truncavit relegavit universosque e medio sustulit.

Anno 30 ignis in caelo apparuit lanceae forma, ab aquilone usque ad occasum.

Anno 31 rursum varii fuerunt terrae motus, quibus laesi sunt muri Cpolis orientalis et occidentalis, multaque templa et domus solo aequatae sunt, et suburbia, et Regium, adeo ut non possent agnosci. etiam aliis in urbibus tanti terrae motus quantos eo saeculo nemo fuisse recordabatur, concutiebaturque terra noctes diesque continuas decem. ideo maestus imperator ad natalicia et theophania sine corona prodiit. solemnia etiam duodecim dierum non egit, sed quod illis fuerat impendendum, pauperibus elargitus est. mense Februario mortui sunt plurimi homines, praesertim iuvenes, Cpoli, adeo ut cadavera per triduum insepulta iacuerint, ad ea efferenda non sufficientibus sandapilis tem-

τῶντας. ὅθεν ποιήσας ὁ βασιλεὺς ἕτερα κραββάτια χίλια, καὶ μηδ᾽ οὕτως ἐξαρκούντων, ἁμάξας προσέταξε πλείστας εὐτρεπι- D σθῆναι, καὶ ἄλογα δέδωκε μυρία πρὸς τὸ ἐκφέρειν τοὺς νεκρούς. ἐπιτεινομένης δὲ τῆς θνήσεως ἔρριπτον τοὺς πλείονας εἰς τὸν αἰγιαλόν, καὶ ἔμενον ἄταφοι ἕως ἡμέρας ἓξ διὰ τὸ μὴ ἐπαρκεῖν τοῖς ζῶσι θάπτειν τοὺς τεθνεῶτας, μήτε δὲ τὰ πλοῖα ἐξαρκεῖν εἰς τὸ διαπερᾶν αὐτούς. ἐκράτει οὖν ἡ θνῆσις αὕτη μῆνας δύο, Ἰούλιον καὶ Αὔγουστον. ἐγένοντο δὲ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ μεγάλαι καὶ φοβεραὶ σφόδρα, ὥστε πολλοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν κατακαῆναι.

Τῷ λα΄ ἔτει ἐπεγένετο αὖθις θανατικόν, καὶ μάλιστα τοῖς παιδίοις, ἀπὸ βουβωνικοῦ πάθους, μῆνας δ΄. καὶ οὐχ ἧττον διέφθειρε τοῦ προτέρου θανατικοῦ πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ τὰ πόρρω P 386 ταύτης. ἐν δὴ Ἀντιοχείᾳ πάλιν γέγονε σεισμὸς μέγας. μετὰ δὲ χρόνον τινὰ γέγονεν ἀστέρων δρόμος ἀφ᾽ ἑσπέρας ἕως πρωΐ, ὥστε πάντας ὑπερεκπλήττεσθαι καὶ λέγειν ὅτι πίπτουσιν οἱ ἀστέρες. γεγόνασι δὲ κοσμικαὶ δημοκρατίαι καὶ φόνοι πολλοὶ καὶ πόλεμοι, καὶ νόσοι καὶ θάνατοι τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἐπέλιπον. ἐν δὲ Ἀντιοχείᾳ μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν σεισμὸν γέγονε βρυγμὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φοβερώτατος, καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ φόβου ἀπέθανον.

Τῷ δὲ λβ΄ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ φιλοκαλουμένου τῶν τρούλου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας (ἦν γὰρ διερρηγμένος ἐκ τῶν ἐπιγενομένων ἀλλεπαλλήλων σεισμῶν) ἔπεσε τὸ ἀνατολικὸν μέρος B τῆς προϋποστολῆς τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ συνέτριψε τὸ κι-

plorum et sacrarum aedium. ideo imperator alias mille confecit; cumque ne hae quidem satis essent, plurimos currus iussit apparari, iumentaque innumera dedit ad eam rem. peste autem se intendente pleraque cadavera in litus proiecta ad sextum diem inhumata iacuerunt, quod vivi iis sepeliendis non sufficerent, neque naves iis transvehendis. saeviit illa pestis menses duos Iulium et Augustum. fuerunt etiam tonitrua et fulgura terribilia admodum, quibus multi conflagrarunt.

Anno 31 rursum lues letalis grassata est, maxime in pueros, bubonibus eos necans. duravit menses 4, neque minorem quam prior stragem in urbe et remotis etiam locis edidit. Antiochea rursum terrae motu est concussa. aliquanto post stellarum discursus fuit a vespera usque ad auroram, ita ut omnes perterriti dicerent stellas decidere. fuerunt etiam passim in mundo populi seditiones caedes bella morbique et mortes homines non faciebant missos. Antiocheae post terrae motum stridor caeli horrendus supra modum exstitit, cuius metu multi exstincti sunt.

Anno 32 trulla magni templi continentibus terrae motibus perrupta concidit, et pars orientalis fornicis sanctae arae, contrivitque ciborium et sacram mensam et suggestum. id videns imperator alia pinnacula erexit, quibus trullam exciperet: itaque instaurata est, 20 pedes altior

βώριον καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὸν ἄμβωνα. συνιδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς ἤγειρεν ἄλλους πινσοὺς καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλον, καὶ οὕτως ἐκτίσθη ὑψωθεὶς πλέον εἴκοσι ποδῶν εἰς ὕψος τοῦ πρώτου κτίσματος. ἐποίησε δὲ καὶ τοὺς ἔξω τοῦ ναοῦ κατέναντι τῶν ἔσω πινσῶν τέσσαρας κοχλίας, οὓς ἀπὸ γῆς φυτεύσας μέχρι τοῦ τρούλου ἀνεβίβασεν, ἔρεισμα τούτους τῶν ἀψίδων κατεργασάμενος. τότε ποιεῖ καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἔργον ἀμίμητον· ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου παντοίου καὶ ξύλου καὶ μετάλλου καὶ εἴδους ἄλλου, ὅσα τε γῆ φέρει καὶ θάλασσα καὶ πᾶς ὁ κόσμος, ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα καὶ τιμιώτερα πλείονα τὰ δὲ C ἐλάττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ τήξας τὰ ξηρὰ ἐπέβαλε, καὶ οὕτως εἰς τύπον ἐπιχέας ἀνεπλήρωσεν αὐτήν, ὅθεν καὶ ποικίλη φαινομένη θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν, ἐπιγράψας γύρωθεν ταῦτα "τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοι προσφέρομεν οἱ δοῦλοί σου, Χριστέ, Ἰουστινιανὸς καὶ Θεοδώρα, ἃ εὐμενῶς πρόσδεξαι, υἱὲ καὶ λόγε τοῦ θεοῦ, ὁ σαρκωθεὶς καὶ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει σου διατήρησον, καὶ τὴν πολιτείαν ἣν ἡμῖν ἐπίστευσας, εἰς τὴν ἰδίαν σου δόξαν αὔξησον καὶ φύλαξον πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας."

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐπανέστησαν οἱ Οὖννοι οἱ καὶ Σθλαβῖνοι τῇ Θρᾴκῃ, καὶ ᾐχμαλώτευσαν καὶ ἐφόνευσαν πολλούς, ἐκράτη- D σαν δὲ καὶ τὸν στρατηλάτην καὶ τὸν στρατηγόν. εὑρόντες δὲ καὶ τοῦ Ἀναστασιακοῦ τείχους τόπους τινὰς πεπτωκότας ἐκ τῶν σεισμῶν εἰσῆλθον καὶ ᾐχμαλώτευσαν ἕως Δριπείας καὶ Νυμφῶν καὶ

quam fuerat ante. eduxit etiam a solo usque ad trullam quattuor cochleas in exteriore templi parte, e regione internorum pinnaculorum, quae cochleae fulcirent fornicem. sacram quoque mensam tum fecit, opus imitatione nulla aequandum. constabat auro argento omnis generis lapidibus lignis metallis omnibusque rebus quas terra fert et mare et totus mundus. ex omni materia pretiosiora plura, viliora pauciora collegerat; liquatisque iis quae fluunt, sicca illis immiserat, atque ita formam mensae absolverat. itaque varium illud opus contuentibus stuporem iniiciebat. in orbem hanc habuit inscriptionem: "tua de tuis tibi offerimus servi tui, Christe, Iustinianus et Theodora: ea tu propitius accipe fili dei verbum, qui nostri causa carnem assumpsisti et cruci affixus fuisti; ac nos in recta tui fide conserva; et quam nobis commisisti rem publicam, eam ad tuam gloriam auge ac tuere, intercedente sancta deipara virgine Maria."

Eodem anno Hunni, qui et Slavini dicuntur, Thraciam infestaverunt, multosque captivos abduxerunt, multos occiderunt, capto etiam praefecto eius provinciae. cumque partes quasdam muri Anastasiani terrae motibus prostratas invenissent, ingressi sunt, et in potestatem suam omnia redegerunt usque ad Dripeam et Nymphas et Chiti pagum.

Χίτου κώμης. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς ἐδημότευσε πολλούς, καὶ ἔπεμψεν εἰς τὸ μακρὸν τεῖχος. καὶ συγκρούσαντες πόλεμον πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπέθανον. ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτῶν τὸν Βελισάριον, ὃς λαβὼν τοὺς ἵππους τῶν πολιτῶν καὶ ἐξοπλίσας λαὸν ἦλθεν εἰς Χίτου κώμην, καὶ ποιήσας φοσσάτον ὅσους
P 387 ἐκράτησεν ἐξ αὐτῶν ἀπέκτεινεν. ἐκέλευσε δὲ κοπῆναι δένδρα καὶ σύρεσθαι ὀπίσω τοῦ ἐξερκίτου αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ἐκ τοῦ ἀνέμου κονιορτὸς μέγας, καὶ ἀπήγαγεν αὐτὸν ἐπάνω τῶν Οὔννων. οἱ δὲ νομίσαντες πλήθη πολλὰ εἶναι ἔφυγον ἕως Ἀρκαδιουπόλεως. κελεύει οὖν ὁ βασιλεὺς γενέσθαι πλοῖα δίπρυμνα καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὸν Δάνουβιν καὶ πολεμῆσαι αὐτοῖς. ὅπερ γνόντες οἱ βάρβαροι παρεκάλεσαν διὰ πρεσβευτοῦ ἀκίνδυνον παραχωρῆσαι αὐτοῖς τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν. καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνον τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ τὸν κουροπαλάτην διαβιβάσαι αὐτούς.

B Τῷ λγ' ἔτει κτίζει τὴν γέφυραν τοῦ Σαγγάρεως ποταμοῦ, τὴν λεγομένην πενταγέφυρον, διὰ καμερῶν πέντε, ξυλίνην πρότερον οὖσαν. κτίζει δὲ καὶ τὸν ἐν τῇ πηγῇ ναὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου.

Τῷ λδ' ἔτει ἐφημίσθη ἐν τῇ πόλει ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησε διὰ τὸ κεφαλαλγεῖν καὶ μηδένα θεωρεῖν. καὶ ἦν ταραχὴ καὶ ἁρπαγαὶ εἴς τε τὰς προβολὰς καὶ τὰ μαγκιπεῖα. καὶ περὶ ὥραν θ' προσέταξε τῷ ἐπάρχῳ, καὶ ἀνῆψε φῶτα εἰς ὅλην τὴν πόλιν, ὅτι ὑγίανεν ὁ βασιλεύς, καὶ συνεστάλη τὰ τῆς ταραχῆς. τῷ Δεκεβρίῳ μηνὶ γέγονεν ἐμπρησμὸς μέγας ἀπό τε τῶν Σοφιῶν καὶ

eo cognito imperator multos de civibus ad longum murum misit. ibi commissa pugna multi Romanorum ceciderunt. Belisarium ergo Iustinianus contra Hunnos mittit. is equis civium sumptis, armata multitudine venit ad Chiti pagum; fossaque acta, quotquot barbarorum cepit, eos necavit. iussit etiam arbores caedi et post exercitum suum eas trahi: ita ventus magnum pulverem excitatum supra Hunnos evexit, qui putantes magnos adesse exercitus, usque Arcadiopolin profugerunt. iubet ergo imperator naves bipuppes parari, iisque in Danubio contra Hunnos uti. quod ubi resciverunt barbari, missis legatis petiverunt ut sibi tuto reditus per id flumen concederetur. misit ergo imperator Iustinum curopalatam, sorore sua natum, qui eos traduceret.

Anno 33 pontem in Sangario flumine condit, quinque fornicibus. prius ligneo ponte constratus fuerat. condit etiam templum deiparae in fonte.

Anno 34, cum ob dolorem capitis Iustinianus in conspectum populi non prodiret, diditus est in urbe rumor de morte eius. itaque tumultuatum est, direptaeque tabernae et mancipia. circa horam nonam praefectus mandato imperatoris lumina per totam urbem succendit, quibus regem salvum esse indicabatur. ea res tumultum sedavit. mense Decembri magnum fuit incendium, a Sophiae usque ad Probi. fuit et

ἕως τῶν Προβου. γέγονε καὶ θανατήριον μέγα ἐν Κιλικίᾳ καὶ Ἀναζάρβῳ καὶ Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ σεισμοί. συνέβαλλον C δὲ κατ᾽ ἀλλήλων οἱ ὀρθόδοξοι καὶ Σεβηριανοί, καὶ πολλοὶ φόνοι γεγόνασι. καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀτάκτους ἐκόλασε.

Τῷ λε΄ γέγονεν ἐμπρησμὸς ἑσπέρας βαθείας ἐν τοῖς Καισαρίου ἕως τῆς Ὀμφακερᾶς, καὶ ἐκαύθη πάντα τὰ ἐργαστήρια καὶ οἱ πυλεῶνες τοῦ βοός. ἱππικοῦ δὲ ἀγομένου γέγονε δημοτικὴ ταραχή, καὶ ἐπῆλθον οἱ Πράσινοι τοῖς Βενέτοις, καὶ πολλοὺς φόνους πεποιήκασιν· οὓς κρατήσας ὁ βασιλεὺς πολλαῖς βασάνοις ἐκόλασε.

Τῷ λς΄ ἔτει γέγονε πάλιν στάσις δημοτικὴ ἐν τοῖς πιττακίοις, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ὁ βασιλεὺς ἐτιμωρήσατο. γέγονε δὲ ἀβροχία καὶ λεῖψις ὕδατος. τότε ἐπινίκια ἦλθον ἀπὸ Ῥώμης, ὡς Ναρσῆς D ὁ πατρίκιος δύο πόλεις ὀχυρὰς τῶν Γότθων παρέλαβε, Βιρίαν καὶ Βρίγκας. ἐπιβουλῆς δὲ μελετηθείσης ὑπεβλήθη ψευδῶς παρὰ τῶν κρατηθέντων καὶ Βελισάριος, καὶ ὡρίσθη καθέζεσθαι ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀπρόϊτος. καὶ τῇ ιθ΄ τοῦ Ἰουλίου ἀθῶος φανεὶς πάλιν τὰ ἀφαιρεθέντα αὐτοῦ ἀπέλαβε.

Τῷ λζ΄ ἔτει γέγονεν ἐμπρησμός, καὶ ἐκαύθη τελείως ὁ ξενὼν τῶν Σαμψὼν καὶ τὰ ἔμπροσθεν τοῦ Ῥούφου οἰκήματα καὶ τὸ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον Γαρσονοστάσιον, καὶ τὰ δύο ἀσκητήρια τὰ πλησίον τῆς ἁγίας Εἰρήνης, καὶ τὸ μέρος τοῦ νάρθηκος αὐτῆς.

magna pestis in Cilicia et Anazarbi et Antiocheae magnae, et terrae motus. depugnaverunt etiam inter se orthodoxi et Severiani, et multae sunt caedes factae. imperator autem ministris missis turbatores puniit.

Anno 35 magnum alta vespera fuit incendium in Caesario, quod grassatum est usque ad Omphaceram. officinae omnes conflagrarunt, et vestibula Bovis. certamine porro equestri commisso Prasini Venetos adorti sunt per tumultum populi, multasque ediderunt caedes; quarum auctores imperator multis suppliciis affecit.

Anno 36 rursum populi seditio fuit in Pittaciis. eius causa multos imperator puniit. cum autem diu non pluisset, aquae penuria ingruit. victoriae tum nuntius Roma allatus, Narsetem patricium duas munitas urbes de Gotthis recepisse, Viriam et Brincas. insidiis autem factis, et earum comprehensis auctoribus, falso ab iis delatum est Belisarii quoque nomen, isque iussus domi se continere. qui 19 Iulii innocentia sua detecta, in publicum prodiit et sua recuperavit.

Anno 37 incendio conflagravit hospitalis domus Samsonia, et quae sunt ante Rufum aedificia, ac media aula magni templi, quae Garsonostasium dicitur, item duo asceteria propinqua sanctae Paci, parsque narthecis eius.

P 388 *Τῷ λη' ἔτει τελευτᾷ Βελισάριος ὁ πατρίκιος ἐν Βυζαντίῳ. τούτῳ τῷ ἔτει Εὐτύχιος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως καθηρέθη καὶ ἐξωρίσθη ἐν Ἀμασίᾳ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ, καὶ γέγονεν ἀντ' αὐτοῦ Ἰωάννης ἀπὸ σχολαστικῶν. εἰς δὲ τὰ τέλη αὐτοῦ Ἰουστινιανὸς τὸ περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου κινήσας δόγμα, καὶ ἴδικτον πανταχοῦ καταπέμψας, ἀλλότριος τῆς εὐσεβείας θεοῦ ἐτελεύτησε, βασιλεύσας ἔτη λη' μῆνας ζ' ἡμέρας ιγ'. καὶ γίνεται τούτου διάδοχος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ἰουστῖνος ὁ κουροπαλάτης. ἡ δὲ Αὐγοῦστα Θεοδώρα προετελεύτησεν.*

B *Ἰουστῖνος ὁ ὀρθόδοξος, ὁ Θρᾴξ, ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ'. οὗτος ἦν τῇ ἰδέᾳ εὐῆλιξ, πλατύς, εὔογκος, ὑπόγλαυκος, ὑπόξανθος, σπανίζων τὴν γενειάδα, δειλός, ὀξύθυμος, μετ' ὀλίγον δὲ μεγαλόψυχος, ἀπονενοημένος, ἀσύμβουλος τὰ πλείω φιλοκτίστης, μεγαλόδωρος. τούτου γυνὴ Σοφία. ἐστέφθη δὲ ὑπὸ Ἰωάννου πατριάρχου τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν. εὐσεβὴς δὲ ὢν ἐπεκόσμησε τὰς ἐκκλησίας τὰς κτισθείσας ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ, τήν τε μεγάλην ἐκκλησίαν, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ τὰς λοιπάς, χαρισάμενος αὐταῖς κειμήλια καὶ ἔπιπλα καὶ πᾶσαν πρόσοδον. ἀπέστειλε δὲ τὸν ἀββᾶν Φωτεινὸν τὸν προγονὸν Βελισαρίου, δοὺς αὐτῷ πᾶ-*
C *σαν ἐξουσίαν τοῦ εἰρηνεῦσαι τὰς ἐκκλησίας Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας. οὗτος ὁ Ἰουστῖνος συνεχῶς νοσηλευόμενος καὶ σκοτοδινιῶν καὶ μὴ δυνάμενος προέρχεσθαι, ἐπεί τινες κατὰ τῶν δυναστῶν ἐγκαλεῖν οὐκ εἶχον, οἱ δυνάσται τινὸς μὴ φειδόμενοι τὰ*

Anno 38 moritur Belisarius patricius Byzantii. eodem anno Iustinianus Eutychium patriarcham Cpolitanum sua spoliatum dignitate Amaseam relegat; eique sufficitur Ioannes scholasticus. ad extremum Iustinianus opinionem de corruptibili et incorruptibili in medium protulit, edictoque ea de re circummisso alienus a vera religione vita excessit, cum imperasset annos triginta octo, menses septem, dies tredecim. successit ei Iustinus curopalates sorore Iustiniani natus, mortua iam ante Theodora Augusta.

Iustinus patria Thrax, orthodoxus, imperavit annos tredecim. statura fuit iusta, latus, grandis, subcaesius, subfulvus, rara barba, meticulosus, ad iram proclivis. paulo post factus est elatior animi, stolidus, pleraque nullo consilio agens, condendi studiosus, magnificus in donando. uxor eius fuit Sophia. coronatus est ab Ioanne scholastico patriarcha. cum autem pius esset, templa a Iustiniano condita exornavit, ut magnum, apostolorum, et reliqua, donariis et instrumentis ea redituque instruens largo. misit etiam Photinum abbatem, Belisarii privignum, cum plena potestate pacem in ecclesiis Aegypti et Alexandreae conciliandi. Iustinus hic cum crebro aegrotaret ac vertigine vexaretur neque in publicum prodire posset, potentes quidam, quia ad imperatorem querelae de iis afferri non possent, nemini parcentes omnium facul-

πάντων διήρπαζον. εἴ ποτε ἴσχυσε προελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τούτῳ ἐπεβόων οἱ ἀδικούμενοι ἐλέους τυχεῖν. πάντας τοίνυν ἐπὶ συγκλήτου προσκαλεσάμενος ἔφη "ἐγὼ μὲν ᾤμην ἅπαντας ὑμᾶς εὐσεβεῖς εἶναι καὶ ἀρκεῖσθαι τοῖς ἰδίοις καὶ μηδένα τῶν πτωχῶν ἀδικεῖν, ὑμεῖς δὲ τἀναντία τοῦ θεοῦ πράττετε καὶ τῆς ἐμῆς βασιλείας. ἀλλὰ παρακαλῶ ὑμᾶς, τὰ τῶν πτωχῶν ἀπόδοτε ἑκόντες, D μήπως καὶ τὰ ὑμῶν ἀπολέσητε." οἱ δὲ τοῦτο ἀκούσαντες χείρονα μᾶλλον ἢ πρότερον ἔπραττον, ὑπὸ συνηθείας ἑλκόμενοι· δεινὸν γὰρ ἡ συνήθεια, ὥστε καὶ δευτέρα φύσις λελόγισται. αὖθις δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ πρόκενσον προϊόντος πλείονες ἐπεβόων. ὁ δὲ πάλιν ἐν τῇ προελεύσει τὴν σύγκλητον προσκαλεσάμενος ἔφη "εἰ μὲν ἐκ θεοῦ με καὶ ἐν θεῷ βασιλείαν ἔχειν οἴεσθε, τὰ παρ' ἐμοῦ δικαίως λεγόμενα πράττετε καὶ τοῦ ἀδικεῖν τοὺς πτωχοὺς παύσασθε· μόνοις γὰρ ἰχθύσι τοῦτο νενόμισται, τὸ τὸν δυνατώτερον καὶ μείζονα κατεσθίειν τὸν ἐλάσσονα. εἰ δὲ τοῖς ἐμοῖς προστάγμασιν οὐχ ὑπείκετε, ἀλλὰ ταῖς ἰδίαις ἐπιθυμίαις ἁλισκόμενοι πλεονε- P 389 κτεῖτε, προχειρίσασθε ἕτερον ὃν ἂν βούλησθε ὑμῖν βασιλέα· ἐγὼ γὰρ ἀπειθῶν καὶ ἀδίκων καὶ πλεονεκτῶν βασιλεύειν οὐ δύναμαι." εἷς δέ τις τῶν ἐν τέλει παρρησιασάμενός φησι τῷ βασιλεῖ "προχειρισάτω με ἡ βασιλεία σου ἐνώπιον πάντων ἔπαρχον, καὶ διορισάτω μηδενὸς φείδεσθαι τοῦ δικαίου ἕνεκα, συγχωρείτω δέ με εἰσέρχεσθαι πρός σε ἀκωλύτως τοῦ τὰ ἀνήκοντα ὑπομιμνήσκειν τὸ κράτος σου. καὶ βεβαιῶ μέχρι τριάκοντα ἡμερῶν μὴ εὑρίσκεσθαι τὸν

tates diripuerunt. cum vero imperator aliquando se recollegisset atque ad templum prodiisset, ii qui iniuria fuerant affecti, misericordiam ipsius magna voce imploraverunt. omnibus ergo in curiam convocatis, Iustinus "existimabam" inquit "vos omnes pietatem colere, vestrisque contentos nemini egenorum iniuriam inferre. at vos et deo et imperio nostro adversa patratis facinora. hortor ergo vos ut pauperibus sua ultro reddatis, ne vestra ipsorum bona amittatis." potentes his auditis, tamen consuetudine ducti, deteriora etiam prioribus adiecerunt: acris enim res est consuetudo, quae etiam altera natura iudicatur. itaque cum imperator rursus ad procensum prodiret, plures eum invocabant. rursus igitur in progressu convocato senatu dicit "si me a deo putatis imperatorem factum, eius auxilio imperare, parete iustis meis mandatis et iniuria afficere pauperes desinite: solis namque piscibus moris est ut validior et maior devoret minorem. quodsi meis praeceptis non parere, sed in rapiendo aliena vestris obsequi vultis cupiditatibus, alium vobis vestro arbitratu deligite imperatorem: ego enim contumacibus iniustis ac aliena involantibus imperare nolo." ibi quidam procerum, libertate dicendi sumpta, ita imperatorem alloquitur: "constitue me coram omnibus praefectum urbis, mandaque ne cuiusquam rationem potiorem iustitia habeam, utque mihi te de rebus necessariis monituro semper aditus pateat: recipio in me effecturum me intra mensem, ne ulla sit vel

ἀδικοῦντα ἢ ἀδικούμενον. εἰ δέ τις ὑπομνήσει περί τινος ὑποθέ-
B σεως ἧς ἤκουσα ἐγὼ καὶ οὐκ ἐξεδίκησα, κεφαλικῶς τιμωρηθήσο-
μαι." τοῦτο τοῦ βασιλέως ἀσμένως ἀποδεξαμένου προεχειρίσθη
ἔπαρχος. ἕωθεν δὲ ἐπὶ τῷ ἐπαρχικῷ βήματι προκαθίσαντος, καί
τινος αὐτῷ γυναικὸς χήρας προσελθούσης καὶ φησάσης ὡς μάγι-
στρός τις καθήρπασεν αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἅπασαν, ἀπέστειλεν αὐ-
τὴν μετὰ σφραγῖδος εἰπεῖν τῷ μαγίστρῳ παραγενέσθαι δικαιολο-
γηθησόμενον. τῆς δὲ ἀπελθούσης καὶ μᾶλλον τυφθείσης, ἕνα
τῶν αὐτοῦ κουρσώρων ὁ ἔπαρχος πρὸς τὸν μάγιστρον ἔπεμψε·
κἀκεῖνον παραλογισάμενος ἀπεπέμψατο. τοῦ δὲ ἐπάρχου ἐν τῷ
ἱππικῷ τὸν μάγιστρον ἐκδεχομένου, αὐτοῦ τε τοῦ μαγίστρου κλη-
θέντος εἰς τὴν βασιλικὴν ἑστίασιν, ἦλθε καὶ ὁ ἔπαρχος πρὸς τὸν
C βασιλέα, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν "εἰ μὲν ἃ προσέταξάς μοι, ὦ βα-
σιλεῦ, φυλάττεις, τοῦ μὴ φείδεσθαι τῶν τοὺς πτωχοὺς ἀδικούν-
των, γνῶθί με τελειοῦντα τὴν ἐμὴν ὑπόσχεσιν. εἰ δὲ μεταμελό-
μενος φίλους μᾶλλον σεαυτῷ ποιεῖς καὶ συνεστιᾷς, γνῶθι κἀμὲ
παραιτούμενον." καὶ ὁ βασιλεὺς "εἰ ἐγώ εἰμι ὁ ἀδικῶν, ἐξανά-
στησόν με τοῦ θρόνου." ὁ δὲ αὐτίκα τὸν μάγιστρον βιαίως ἄρας
ἐν τῇ λεγομένῃ χαλκῇ παρεγένετο, καὶ ἀκριβολογησάμενος τὰ
παρ' ἀμφοτέρων λεγόμενα, καὶ γνοὺς ὡς οὐ μικρῶς ἠδικήθη παρ'
αὐτοῦ ἡ γυνή, τύψας αὐτὸν καὶ τὴν κεφαλὴν κείρας καὶ γυμνὸν
ὄνῳ ἐπικαθίσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσε, δοὺς τῇ γυ-
D ναικὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν ἐκείνου. καὶ ἐκ τούτου πάντες ἐσω-

illata in urbe vel accepta iniuria. quodsi quis proferet culpam quam ego mihi indicatam non puniverim, capite me plecti iubeo." pergratum hoc imperatori fuit, eumque praefectum urbis constituit. is ergo cum mane pro tribunali sederet, et quaedam vidua quereretur se a magistro quodam omnibus suis facultatibus spoliatam, mittit eam cum sigillo ad magistrum illum, iubetque eum ad dicendam causam venire. cum eam magister verberibus male mulcatam remisisset, mittit praefectus ad eum de cursoribus suis unum: hunc quoque is verbis delusum dimisit. interim dum praefectus in Circo sedet magistrumque operitur, hic ad convivium ab imperatore vocatur. eodem se praefectus quoque confert, aitque imperatori "si in eo, imperator, persistis, quod mihi mandasti, ne cui eorum qui pauperes concutiunt parcam, scito me promissis meis satisfacturum. sin eos tu poenitentia ductus amicos potius habes et conviviis adhibes, scias me quoque detrectare ea quae in me recepi." imperatore respondente uti seipsum potius solio detraheret, si sontem talis criminis sciret, praefectus illico magistrum vi abripuit, et in curiam quae Aërea dicitur cum eo abiit. ibi diligenter utriusque sermone considerato, cum haud levibus iniuriis ab eo affectam mulierem comperisset, verberibus impositis homini caput rasit, asinoque nudum impositum per mediam urbem veluti in triumpho duxit, et omnes eius opes mulieri addixit. hoc exemplum reliquos ita in viam redegit, ut ubique

φρονίσθησαν καὶ πρὸς ἀλλήλους πολυτρόπως εἰρήνευσαν, ὡς μέχρι λ' ἡμερῶν μὴ εὑρίσκεσθαι ἐγκαλοῦντα ἢ ἐγκαλούμενον. καὶ ὁ ἔπαρχος ἔφη τῷ βασιλεῖ "νῦν, δέσποτα, ὅπερ ὑπεσχόμην ἐτελείωσα." τοῦ δὲ βασιλέως προελθόντος, ὡς οὐδεὶς ἦν ὁ ἐγκαλῶν, ὑποστρέψας πατρίκιον αὐτὸν ἐποίησε καὶ ὕπαρχον αὐτὸν μέχρι τέλους τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τούτου Ὁρμίσδας ἐπίσκοπος Ῥώμης καταλαβὼν τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἅμα πλείστοις ἐπισκόποις, τοὺς ἀνθισταμένους τῇ συνόδῳ Χαλκηδόνος καθῆρεν Σεβῆρον τὸν Ἀντιοχείας καὶ Φιλόξενον, βεβαιώσαντες τὴν αὐτὴν σύνοδον, καὶ P 390 περὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ τὰ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας προσθέντες ῥήματα "ὁ στατὴρ ὁ νοητός, τὸ νόμισμα τὸ βασιλικόν, ὁ ἐν ἑνότητι ἁπλοῦς χαρακτὴρ Χριστὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων προσκεκόμικεν εἰς ἁπάντων ζωῆς ἀντίλυτρον. δύο δὲ φύσεις λέγοντες τὴν διαφορὰν σημαίνομεν τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λόγου διὰ τὸ ἀσύγχυτον. ἡ γὰρ σύγκρασις ἀφανισμὸν τῶν δύο φύσεων ἀπεργάζεται. ἡ δὲ ἄρρητος ἕνωσις ὁμολογουμένη καὶ ἀσυγχύτους φυλάττει τὰς φύσεις, καὶ ἕνα ἀποτελεῖ ἐξ ἀμφοῖν ὀφθέντα Χριστόν, B θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον γενόμενον τὸν αὐτόν."

Τῷ β' ἔτει Αἰθέριος καὶ Αὔδιος καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἰατροὶ ἐπεβούλευσαν τῷ βασιλεῖ, καὶ γνωσθέντες ἀπέθανον ξίφει.

Τῷ γ' ἔτει μεταστειλαμένη Σοφία ἡ Αὐγοῦστα πάντας τοὺς

summa in pace viveretur, atque intra 30 diem neque actor ullus esset neque reus iniuriarum. tum praefectus imperatori significat se promissa implevisse; et imperator in publicum progressus, cum nulla querela audiretur, reversus patricia dignitate eum ornat et per omnem vitam praefectum urbis esse iubet.

Iustino imperante Hormisdas Romae episcopus Cpolin cum plurimis episcopis profectus adversarios Chalcedonensis concilii damnat, Severum Antiochensem et Philoxenum; ratumque esse iubent illud concilium, ac de duabus in Christo naturis haec Cyrilli Alexandreae episcopi addunt verba "stater qui mente intelligitur, nomisma regium, simplex in unitate character, Christus se ipsum pro omnibus obtulit, ut vitam omnium redimeret. cum autem duas naturas dicimus, differentiam significamus carnis et dei verbi, quia illa confusa non sunt. etenim commixtio utriusque naturae abolitionem secum traheret. sed ineffabilis illa, quam confitemur, unitio neque naturas confundit, et ex duabus unum Christum conficit, qui se exhibuit; idemque et deus est et homo."

Anno secundo Aetherius et Audius, medicique qui illis aderant, insidiati sunt imperatoris vitae, et re detecta gladio interempti.

Tertio anno Sophia Augusta accitis omnibus qui aere alieno ob-

χρεωστοῦντας ἀπέδωκε τοῖς κεχρεωστημένοις πάντα τὰ ὀφειλόμενα, ἀντιστραφέντων τῶν ἐνεχύρων τοῖς ἰδίοις αὐθένταις.

Τῷ δ' ἔτει κτίζει τὸ παλάτιον τῶν Σοφιανῶν εἰς ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας.

Τῷ ε' ἔτει κτίζει τὴν μονὴν τῆς πρίγκηπος, προάστειον αὐτὴν οὖσαν.

C Τῷ ς' ἔτει Ναρσῆς ὁ ἀγαπητὸς τοῦ βασιλέως ἔκτισε τὴν οἰκίαν Ναρσοῦ καὶ τὴν μονὴν τῶν καθαρῶν. ἀκούσας δὲ Ἰουστῖνος ὅτι ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Αὔγουστος, ὃς ἦν δοὺξ Ἀλεξανδρείας, συσκευὴν μελετᾷ κατὰ τοῦ βασιλέως, πέμψας αὐτὸν ἀπεκεφάλισε.

Τῷ ζ' ἔτει ἤρξατο Ἰουστῖνος κτίζειν τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου ἐν τῷ ὀρφανοτροφείῳ. προσέθηκε δὲ καὶ εἰς τὸν ναὸν τῶν Βλαχερνῶν τὰς δύο ἁψῖδας, καὶ ἐποίησεν αὐτὴν σταυρωτήν. τῷ αὐτῷ ἔτει γέγονε πόλεμος περὶ τὸ Σάργαθον μετὰ Περσῶν καὶ Ῥωμαίων, καὶ ἐνίκησαν οἱ Ῥωμαῖοι.

Τῷ θ' ἔτει ἦλθον οἱ Ἄβαρες εἰς τὸν Δάνουβιν, καὶ ἐνίκησαν τοὺς Ῥωμαίους. καὶ ὁ Πέρσης Ἀρταβὰν ἐξήλασε κατὰ τῶν
D Ῥωμαίων, καὶ πολλὴν αἰχμαλωσίαν λαβὼν ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν, παραλαβὼν καὶ τὸ Δάρας. τοῦτο μαθὼν Ἰουστῖνος τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς νόσῳ παραφόρῳ περιβάλλεται καὶ σπονδὰς ποιῆσαι αἰτεῖται τὸν Ὁρμίσδαν, ὅστις καὶ ἐνιαυσιαίας ἐποίησεν. ἐπὶ τούτου ἐτυπώθη ψάλλεσθαι τῇ μεγάλῃ ε' "τοῦ

15 σταυρωτήν Xylander: erat στρωτήν. apud Zonaram σταυροειδῆ.

stricti erant, debita eorum creditoribus persolvit et pignora suis dominis reddidit.

Quarto anno Iustinus condit palatium Sophianorum, de nomine Sophiae coniugis suae.

Quinto anno aedificat mansionem principis feminae in suburbio.

Sexto anno Narses carissimus imperatori domum Narsetis exstruxit et Catharorum mansionem. et Iustinus inaudiens Augustum suum sobrinum ducem Alexandreae sibi insidias moliri, missis ministris capite truncavit.

Septimo anno Iustinus coepit condere aedem apostolorum Petri et Pauli, in loco qui a pupillis educandis orphanotropheum dicitur. addidit et templo quod est in Blachernis duos fornices, effecitque ut crucis formam referret. eodem anno pugna inter Persas et Romanos ad Sargathum commissa, victoria fuit penes Romanos.

Nono anno Avares ad Danubium venerunt ac vicerunt Romanos. et Artabanus Persa in Romanorum dicionem facta incursione, multos captivos abduxit, captoque etiam Daras castro domum rediit. Iustinus nuntio tantae cladis accepto animo abalienatus est, petiitque ab Hormisda uti pacem componeret, quae et in annum pacta est. constitutum

δείπνου σοῦ τοῦ μυστικοῦ." ἦλθε δὲ καὶ ἡ ἀχειροποίητος ἀπὸ τῶν Καμουλιανῶν, κώμης τῆς Καππαδοκίας, καὶ τὰ τίμια ξύλα ἀπὸ πόλεως Ἀπαμείας τῆς δευτέρας Συρίας. ἐτυπώθη δὲ ψάλλεσθαι καὶ ὁ Χερουβικὸς ὕμνος.

Τῷ ι' ἔτει Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς Τιβέριον τὸν κόμητα τῶν ἐξκουβιτόρων υἱοποιησάμενος Καίσαρα ἀνηγόρευσε καὶ συγκάθε- P 391
δρον αὐτοῦ ἐποίησεν. ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς στυφόμενος τοὺς πόδας καὶ τὸ πλεῖον κατακείμενος.

Τῷ ια' ἔτει ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς τὸν μέγαν ἀγωγὸν τοῦ Οὐάλεντος καὶ τὸν ἕτερον ἀγωγὸν τὸν λεγόμενον Ἀδράνην, καὶ ἐχορήγησε τῇ πόλει δαψίλειαν ὕδατος. κτίζει οὖν καὶ τὰ παλάτια τὰ ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι. ἀποκαθαίρει δὲ καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα καὶ στήλας δύο ἐν μέσῳ αὐτοῦ ἵστησι, τήν τε ἑαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας, μετονομάσας καὶ τὸν λιμένα Σοφίας. ἐποικοδομεῖ δὲ καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἀρχιστρατήγου, ὃς ἔκ τινος Ἄδδα ἐκεῖσε κατοικοῦντος προσηγορεύετο.

Τῷ ιβ' ἔτει ἐτελεύτησεν Ἰωάννης ὁ ἐπίσκοπος Κωνσταντι- B
νουπόλεως. τῷ ιγ' ἔτει Εὐτυχὴς ἀπέλαβε τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀσθενήσας καὶ μικρὸν ἀνεθεὶς προσεκαλέσατο τόν τε ἀρχιερέα καὶ τὴν σύγκλητον καὶ πάντας, καὶ ἀγαγὼν τὸν Καίσαρα Τιβέριον παρουσίᾳ πάντων προεβάλετο αὐτὸν βασιλέα, εἰπὼν "ὁ θεὸς ἀγαθόν σε ποιήσας αὐτός, οὐκ ἐγώ, τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας σοι δίδωσι. τίμησον αὐτό, ἵνα τιμηθῇς

sub eo est ut psalmus "tuae coenae mysticae" magna feria quinta caneretur. allata quoque tunc est imago nulla manu effecta Camulianis pago Cappadociae, et veneranda ligna ab Apamea urbe Syriae secundae. institutum etiam est ut hymnus Cherubicus cantetur.

Anno 10 Iustinus Tiberium comitem excubitorum adoptavit ac Caesarem creavit, imperiique collegam adscivit. laborabat Iustinus obstructione pedum, ac plerumque decumbebat.

Undecimo anno imperator exstruxit duos magnos aquaeductus, alterum Valentis, alterum Adranem nomine, atque istis operibus magnam aquae copiam urbi suppeditavit. aedificavit etiam palatia in portu Iuliani, ipsumque portum repurgavit; duasque in medio eius collocavit statuas, alteram suam, alteram uxoris Sophiae. portum quoque ipsum Sophiam denominavit. eodem etiam aedificavit templum principis ducum, cui ab Adda quodam ibi morato nomen est.

Anno 12 obiit Ioannes episcopus Cpolitanus. eum episcopatum anno 13 recepit Eutyches. imperator autem cum afflicta valetudine utcunque se collegisset, patriarcham senatum et populum convocavit; productoque in conspectum omnium Tiberio Caesare imperium ei commisit, huiusmodi oratione habita "deus, qui te bonum fecit, is, non ego, hoc te ornat habitu. hunc habitum reverenter habe, ut ab ipso

ὑπ' αὐτοῦ. μὴ ἐπιχαίρῃς αἵμασι, μὴ κοινώνει φόνοις. μὴ κα-
C κὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδώσῃς. μὴ μηνιῇς τινί, ὡς κἀγώ· κἀγὼ γὰρ
μηνιῶν ἔπταισα, καὶ σφαλεὶς ἀπέλαβον κατὰ τὰς ἀνομίας μου·
ἀλλὰ δικάσομαι ἐν τῷ θεῷ τοῖς ὑποβάλλουσί μοι ταῦτα. μὴ
ἐπαρθῇς ἐπὶ τιμῇ τῆς βασιλείας σου. οὕτως ἔχε τοὺς πάντας
ὡς ἑαυτόν. γνῶθι τίς ἧς καὶ τίς εἶ νῦν. μὴ ὑπερήφανος ᾖς τοῖς
ὁμοφύλοις, καὶ οὐχ ἁμάρτῃς. οἶδας τίς ἤμην καὶ τίς εἰμὶ νῦν,
τὸν θάνατον ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν. πάντες οὗτοι οἱ παριστάμενοι
δοῦλοί εἰσι καὶ τέκνα σου. τῷ στρατῷ πρόσεχε. ἀνάνδρους καὶ
ἀσυνέτους μὴ προχειρίζου. μή σε πεισάτωσαν ὅτι καὶ οἱ πρὸ σοῦ
οὕτως διεγένοντο. ταῦτα παρεγγυῶ σοι καὶ παραινῶ ἀφ' ὧν ἔπα-
D θον. περιουσίας οἱ ἔχοντες ἀπολαυέτωσαν αὐτῶν χρησίμως. τοῖς
μὴ ἔχουσι σε προετίμησα. τὴν μητέρα σου, τήν ποτέ σου δέσποι-
ναν γενομένην, σέβου καὶ τίμα· δοῦλος γὰρ ἦσθα πρότερον, νῦν
δὲ γενοῦ υἱὸς αὐτῆς." ταῦτα εἰπόντος τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ
Καίσαρος ἐν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ πεσόντος, ἔφη ὁ βασιλεὺς "εἰ θέ-
λεις, εἰμί, εἰ οὐ θέλεις, οὐ ζῶ. ὁ θεὸς ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν
γῆν ποιήσας ἐμβάλῃ εἰς τὴν καρδίαν σου καὶ ἄλλα, ἃ ἐπελαθό-
μην εἰπεῖν σοι." τῆς νόσου δὲ τῷ βασιλεῖ βαρέως ἐπικειμένης
μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτησε. καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ
Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι Προικοννησίῳ, μετὰ Σοφίας τῆς γυναι-
κὸς αὐτοῦ.

P 392 Ἐπὶ τούτου τοῦ εὐσεβεστάτου Ἰουστίνου Ἰουδαῖός τις ἐν

honore afficiaris. noli gaudere fuso sanguine, neque homicidiorum particeps esto. malum malo rependere noli, neque gravius cuiquam succensere; id quod ego cum fecissem, erravi ac peccatorum meorum accepi mercedem, quanquam deus mei causa ulciscetur eos qui ista mihi suaserunt. ne superbias ob imperii tui maiestatem. omnes eodem quo te loco habe. cogita quis fueris et quis nunc sis. noli superbe contra gentiles tuos efferri, ne pecces. scis qui fuerim et quis nunc sim, mortem ante oculos habens. omnes hi qui circumstant, servi tui sunt et tui filii. exercitus curam gere. molles et imprudentes ne praeficias. neque eo tibi persuadeant, quod priores te imperatores tales fuisse dicent. haec tibi praecipio, meoque edoctus malo hortor ut iis stes. qui locupletes sunt, opibus utiliter fruantur. praetuli te iis qui non habent. matrem tuam, quae domina aliquando tua fuit, cole ac revere: servus enim ante, nunc filius eius factus es." haec locutus imperator, cum ad pedes eius se prostravisset Caesar, addidit "si vis, sum: si non vis, non vivam. deus qui caelum et terram condidit, in cor tuum indat alia etiam, quae tibi dicere oblitus sum." ceterum imperator morbo ingravescente haud multo post vitam conclusit. corpus eius in heroo Iustiniani depositum est, in arca Proconnesia; iuxtaque Sophia, uxor eius.

Hoc Iustino imperante quidam in urbe vitrorum conflator Iudaeus

τῇ πόλει ὑελοψὸς παιδίον ἐκέκτητο μονογενές, ὃ παρέδωκε μανθάνειν γράμματα πλησίον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἧς ὁ σκευοφύλαξ ἔχων λείψανα πολλὰ τῆς ἁγίας τραπέζης δέδωκε τοῖς παισὶ πρὸς τὸ δαπανῆσαι αὐτά. μεθ' ὧν συνῆλθε καὶ τὸ Ἰουδαϊκὸν παιδίον· ὅπερ ἀπολυθὲν πρὸς τοὺς γονεῖς αὐτοῦ ἀπῆλθε. καὶ φησὶν ὁ πατὴρ αὐτοῦ "ἵνα τί ἐβράδυνας, τέκνον;" ὁ δὲ παῖς ἀπεκρίθη "μετὰ τῶν Χριστιανῶν παιδίων εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἔφαγον κἀγώ, πάτερ." ὁ δὲ δόλιος ἐκεῖνος θὴρ σφόδρα μανείς, μετὰ τὸ ἀριστῆσαι λαβὼν τὸ παιδίον καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸ ἐργαστήριον αὐτοῦ ἔρριψεν αὐτὸ εἰς τὴν κάμινον καὶ κλείσας τὴν B θύραν ἀνεχώρησεν. ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ τὴν κατὰ τοῦ παιδὸς μανίαν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς εἰδυῖα, ἀπελθοῦσα ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ καὶ διὰ τῆς ὀπῆς παρακύψασα ἤκουσε τῆς φωνῆς τοῦ παιδὸς καὶ εἰσελθοῦσα εὗρε τὸν παῖδα καθήμενον ἔσωθεν τῆς καμίνου ἀκατάφλεκτον. ὃν ἐξαγαγοῦσα ἠρώτα αὐτὸν πῶς ἀκατάφλεκτος διέμεινεν· ὁ δὲ ἀπεκρίνετο "γυνὴ πορφυροφοροῦσα ἦλθε καὶ τὴν φλόγα κατέσβεσε, λέγουσά μοι μὴ φοβοῦ, παιδίον." ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ ταῦτα ἀκούσασα καὶ καταπλαγεῖσα ἀπῆλθε σὺν τῷ υἱῷ πρὸς τὸν πατριάρχην Μηνᾶν, καὶ πάντα ἀναγγείλασα παρεκάλει Χρι- C στιανὴ γενέσθαι. ὁ δὲ πρὸς τὸν βασιλέα ἀπήγαγε, καὶ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς παραστῆναι καὶ τὸν πατέρα τοῦ παιδίου, καὶ μετὰ τὴν ἐξέτασιν παρεκάλει τὸν Ἑβραῖον ὁ βασιλεὺς γενέσθαι Χριστιανόν. καὶ πολλὰ παραινέσας αὐτὸν οὐκ ἔπεισεν. ὅθεν καὶ προσέταξεν αὐτὸν ἀνασκολοπισθῆναι, ὡς φονέα γενόμενον τοῦ ἰδίου παιδίου.

unicum habuit filiolum, quem in scholam magno templo vicinam literarum discendarum causa mittere solebat. eius templi aedituus cum haberet multas sacrae coenae reliquias, pueris illas consumendas dabat. iis forte tum adfuit Iudaeus, quem dixi, puerulus. hic dimissus cum domum rediisset, a patre causam tardioris domum reditionis postulatus respondit se cum Christianorum pueris in magno templo cibum sumpsisse. at Iudaeus pater, dolosa illa bestia, ingenti furore percitus, a prandio puerum in officinam abducit inque caminum abiicit, ac opertis foribus recedit. uxor autem, quae mariti in filiolum furorem cognitum haberet, ad officinam cum accessisset, per rimam introspiciens pueri vocem exaudivit. et ingressa invenit eum in furno integrum, nihil ab igne passum. qui a matre eductus, cum interrogaretur quonam pacto illaesus a flammis mansisset, respondit venisse quandam purpura amictam feminam, quae et ignem exstinxerit et ipsum securo animo esse iusserit. ad hanc narrationem stupore perculsa mater cum filio Menam patriarcham accessit, reque narrata Christianam se fieri cupere dixit. Menas rem ad imperatorem detulit. is patrem quoque pueri acciri iussit. cumque Iudaeum re examinata multis adhortationibus ad Christianae religioni dandum nomen frustra esset hortatus, in crucem agi eum iussit, ut qui

τὴν δὲ γυναῖκα καὶ τὸ παιδίον βαπτίσας ὁ πατριάρχης τὴν μὲν ἐποίησεν ἀσκήτριαν, τὸ δὲ παιδίον ἀναγνώστην.

Κόσμου ἔτος ,ϛοα΄, τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος φοζ΄, Ῥωμαίων βασιλεὺς ὀρθόδοξος Τιβέριος ἔτη δ΄. ἦν δὲ τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν τέλειος, εὔστηθος, εὐόμματός τε καὶ ὀλίγον D ὑπόγλαυκος, ξανθὴν ἔχων τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς καὶ τὸ γένειον, λευκὸς τὴν χροιὰν καὶ τὸ πρόσωπον ἀνθηρός, ἀγαθὸς καὶ μεγαλόψυχος εἰς ὑπερβολήν. τούτου ἀνελθόντος ἐν τῷ ἱππικῷ ἀνέκραξαν τὰ μέρη "ἴδωμεν ἴδωμεν τὴν Αὐγοῦσταν Ῥωμαίων." ὁ δὲ ἐδήλωσεν "ἡ ἀντικρὺ τοῦ δημοσίου λουτροῦ Διιγιστέως ἐκκλησία ὁμώνυμός ἐστι τῇ Αὐγούστῃ." εὐφήμησαν οὖν τὰ μέρη "Ἀναστασίας Αὐγούστης πολλὰ τὰ ἔτη." ἡ δὲ Σοφία ἡ τοῦ Ἰουστίνου γυνὴ ἐπλήγη τὴν ψυχήν· οὐ γὰρ ᾔδει ἔχειν αὐτὸν γυναῖκα, καὶ διὰ τοῦτο προσεφιλιώθη αὐτῷ ὑπὸ Ἰουστίνου, πείσασα αὐτὸν προβαλέσθαι εἰς βασιλέα Τιβέριον, βουλομένη γῆμαι P 393 αὐτὸν καὶ μεῖναι Αὔγουστα. ταύτην δὲ κατήγαγε Τιβέριος εἰς τὸ παλάτιον τῶν Σοφιῶν, κελεύσας κουβικουλάριον καὶ ἑτέρους τινὰς εἶναι εἰς ὑπηρεσίαν αὐτῆς καὶ διατηρεῖν αὐτήν. ἐτίμα δὲ αὐτὴν ἴσα μητρί, ποιῶν πᾶσαν θεραπείαν αὐτῆς. γενεθλίου δὲ ἱππικοῦ ἀγομένου, καὶ τῶν μερῶν φορούντων στολὰς σωληνωτὰς ἀπὸ βλαττίου ὀξέος καὶ χλαμύδας παραπλησίας τοῦ βασιλικοῦ, ἔπαυσε ταύτας φορεῖν διὰ τὸ μὴ εἰς ἀκαίρους χρείας δαπανᾶσθαι τὰ χρήματα, ὁρίσας διδακτυλίους ὄρνας ἐν ταῖς στολαῖς αὐτῶν κόσμου

14 ἐπὶ?

suo ipsius filio necem intulisset. patriarcha mulierem et puerum baptizavit, illam monacham, hunc lectorem fecit.

Anno mundi 6071, a natali Christi 577, Romanum imperium suscepit Tiberius orthodoxus, tenuitque annos 4. fuit iusta corporis statura, decoro pectore et oculis, iisque aliquantulum caesiis, caesarie et barba fulva, albus, et florida facie. bonus fuit, et animo insigniter magno. huic adscendenti de Circo patres acclamaverunt "videamus, videamus Augustam Romanorum." quibus imperator respondit templum quod e regione est situm publici balnei Diegistei, idem cum Augusta habere nomen. proinde partes faustis acclamationibus Anastasiae Augustae multos vitae annos sunt comprecati. Sophiae animum, Iustini viduae, ea res perculit. ignorabat enim Tiberio esse uxorem, atque ideo demeruerat hominem, Iustino persuadens ut eum imperio praeficeret, sperans se ei nupturam atque Augustam mansuram. eam Tiberius deduxit in palatium Sophiae, addito cubiculario et aliis ministris qui eam servarent atque inservirent. ipse eam non secus atque matrem omni officii genere coluit. cum autem natalitium equestre certamen ageretur, partesque gestarent stolas imbricatas, succo narium purpurae infectas chlamydesque imperatoriae assimiles, prohibuit earum usum, ne pecunia intempestive prodigeretur, definiitque ut ornas tantummodo duorum di-

χάριν φορεῖν. ἀγαγὼν δὲ Ἀναστασίαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἔχουσαν ἐξ αὐτῆς καὶ θυγατέρας δύο Χαριτὼ καὶ Κωνσταντῖναν, ἔστεψεν αὐτὴν Αὐγοῦσταν, καὶ ἔρριψεν ὑπατείαν πολλήν. τούτῳ τῷ B
βασιλεῖ γέγονε θεία ὀμφή, ἀγγέλου κατ' ὄναρ εἰπόντος "τάδε σοι λέγει τὸ τρισάγιον· οἱ τύραννοι τῆς βασιλείας ἐπὶ σῶν οὐ φοιτήσουσι χρόνον."

Τῷ β' ἔτει ἀπέστειλε πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα Περσῶν κατὰ τὸ ἔθος, μηνύων τὴν ἀναγόρευσιν αὐτοῦ· καὶ οὐ προσήκατο τὴν εἰρήνην ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. ὁ δὲ Τιβέριος διασπείρας τοὺς βασιλικοὺς θησαυροὺς πολλὰ στρατόπεδα ἐποίησε, χειροτονήσας Ἰουστινιανόν τινα στρατηγὸν ἀνατολῆς, ὃς ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις ἐπὶ τὸ Δαρὰς παραγίνεται. καὶ τῆς παρατάξεως γενομένης τῶν Περσῶν καὶ Ῥωμαίων, εἰς λόγους ἦλθον καὶ πρὸς C
ἀλλήλους σπένδονται χρόνον τετραετῆ.

Τῷ γ' ἔτει, τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως μέλλοντος τὸν πόλεμον αὐτουργεῖν, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς πρὸς τοὺς Πέρσας χωρεῖ. καὶ τῆς κατασυστάδην μάχης γενομένης, βαθείας τῆς τῶν Ῥωμαίων φάλαγγος οὔσης ἡ τῶν Περσῶν καὶ Βαβυλωνίων τρέπεται πληθύς, καὶ ἀναιροῦνται πλήθη πολλά. λαμβάνουσι δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τὸ τῶν Περσῶν τοῦλδον καὶ τὸ βασιλικὸν σκηνοπήγιον καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν ἐπίδοξον οὖσαν καὶ τοὺς ἐλέφαντας, ἐξ ὧν τὰ ἐπίσημα πρὸς τὸν βασιλέα πέμπουσι. τὴν αἰσχύνην τοίνυν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς μὴ φέρων νομοθετεῖ D

2 αὐτοῦ?

gitorum latitudine ornatus causa gestarent. produxit etiam Anastasiam uxorem suam, ex qua duas habebat filias Charitonem ac Constantinam, eamque Augustali corona exornavit, multumque nomisma in populum sparsit. huic in somnis angelus praedixit nomine sanctae trinitatis tyrannos ipso imperante imperium non invasuros.

Anno imperii sui secundo Tiberius legatos de more ad Persarum regem misit, nuntians se esse imperatorem creatum. ceterum Persa pacem repudiavit. Tiberius ergo imperatoriis thesauris impensis multos conduxit exercitus et Iustinianum quendam Orienti praefecit; qui cum exercitu ad Daras profectus est. ubi cum adversae iam acies coirent, colloquium de pace intervenit, eaque in quadriennium pacta fuit.

Tertio anno, cum rex Persarum ipse bellum gesturus esset, dux Romanarum copiarum Persis obviam contendit. commissa autem cominus pugna, Romanorum phalanx ordinibus stipata Persarum et Babyloniorum aciem pepulit, magnamque eorum stragem edidit. ceperunt Romani etiam Persarum tuldum et regis tentorium omniaque impedimenta magno aestimata elephantosque. qua de praeda ea quae erant maxime insignia ad imperatorem miserunt. sed Persarum rex dedecoris impa-

μηκέτι βασιλέα Περσῶν εἰς πόλεμον ἐξέρχεσθαι. ὁ δὲ Ῥωμαϊκὸς στρατὸς ἐπετίθετο ταῖς Περσικαῖς συμφοραῖς, καὶ πρὸς τὰ ἐνδότατα τῆς Περσίδος ἐχώρησε, καὶ πολλὴν αἰχμαλωσίαν καὶ ἅλωσιν ἐν Περσίδι πεποίηκε, φθάσας καὶ μέσον τῆς Ὑρκανικῆς θαλάσσης. χειμῶνος δὲ γενομένου ἐν Περσίδι παρεχείμασε.

Τῷ δ' αὐτοῦ ἔτει κτίζει Τιβέριος τὸ δημόσιον τῶν Βλαχερνῶν λουτρόν, ἀνανεοῖ δὲ καὶ ἐκκλησίας πολλὰς καὶ ξενῶνας καὶ γηρωκομεῖα, κατακοσμεῖ δὲ καὶ τὸν χρυσοτρίκλινον τοῦ παλατίου. P 394 *τότε κελεύει γράφεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς συμβολαίοις Τιβέριον Κωνσταντῖνον. τῷ δ' ἔτει τελευτᾷ Εὐτύχιος ὁ πατριάρχης, καὶ μετὰ ἓξ ἡμέρας χειροτονεῖται Ἰωάννης διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ὁ νηστευτής. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀγοράσας σώματα ἐθνικῶν κατέστησε στράτευμα εἰς ὄνομα ἴδιον, ἀμφιάσας καὶ καθοπλίσας αὐτοὺς χιλιάδας ιε', δεδωκὼς αὐτοῖς καὶ στρατηγὸν Μαυρίκιον τὸν κόμητα τῶν φοιδεράτων καὶ ὑποστράτηγον αὐτοῦ Ναρσῆν, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κατὰ Περσῶν. πολέμου δὲ κροτηθέντος νικῶσι Ῥωμαῖοι κατὰ κράτος, καὶ ἀφείλοντο ἐκ τῶν Περσῶν πόλεις τε καὶ χώρας* B *ἃς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ καὶ Ἰουστίνου παρέλαβον. ἐπανελθὼν δὲ Μαυρίκιος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐδέχθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως μεγάλως, καὶ ἐθριάμβευσε Τιβέριος τὰς νίκας Μαυρικίου, καὶ προσελάβετο αὐτὸν γαμβρὸν εἰς Κωνσταντῖναν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα· ὁμοίως δὲ καὶ Γερμανῷ στρατηγῷ ἔζευξε τὴν θυγατέρα αὐτοῦ*

10 δ' αὐτῷ ἔτει?

tiens, legem fert ne rex Persarum ullus posthac in bellum proficiscatur. Romanus vero exercitus rebus Persarum afflictis insultans in intimam usque Persidem pervenit, multosque ibi mortales, multa oppida in potestatem suam redegit, et usque ad medium maris Hyrcani perrexit; ac hieme facta in Perside hiberna habuit.

Quarto anno Tiberius publicum in Blachernis balneum aedificat, instauratque multa templa, domos hospitales et senibus fovendis factas. exornat etiam aureum palatii triclinium. tunc etiam se in contractuum formulis scribi iussit Tiberium Constantinum. eodem anno moritur Eutychius patriarcha, ac post sex dies in locum eius suffectus est Ioannes cognomento ieiunator, magni templi diaconus. porro Tiberius emit barbarica mancipia ad milia quindecim, exque iis vestitis a se et armatis exercitum composuit, de suo nomine Tiberianum appellans; ducemque iis dedit Mauricium comitem foederatorum, eique legatum addidit Narsetem, ac contra Persas emisit. commissa pugna Persae victi pulsique sunt, et recepere Romani urbes et oppida ab iis Iustiniano et Iustino imperantibus occupata. reversus Cpolin Mauricius ab imperatore est honorifice acceptus. triumphavit etiam de Persis imperator, suis auspiciis a Mauricio victis; generumque hunc sibi adscivit, tradita filia sua Constantina. Germano duci alteram, nomine Charitonem, colloca-

Χαριτώ, ποιήσας ἀμφοτέρους Καίσαρας. τῇ δὲ ιδ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς φαγὼν συκάμινα ὄψιμα ἀξιοθέατα νενοθευμένα φθίσει περιέπεσε. καὶ μέλλων τεθνάναι προσκαλεῖται τὸν πατριάρχην Ἰωάννην καὶ τὴν σύγκλητον ἅμα τοῖς στρατεύμασι, καὶ Μαυρίκιον τὸν ἴδιον γαμβρὸν βασιλέα ἀναγορεύει. πάντων δὲ εὐφημησάντων αὐτὸς ὑποστρέψας ἐν τῇ ἰδίᾳ κλίνῃ τέθνηκε, βασιλεύσας ἔτη γ' μῆνας ι' ἡμέρας η'. καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ἡρῴῳ ἐν λάρνακι πρασίνῳ. C

Μαυρίκιος ὀρθόδοξος βασιλεὺς Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν ἔτη κ' μῆνας γ' ἡμέρας β'. ἦν δὲ τῇ ἰδέᾳ μεσῆλιξ, εὐσθενής, λευκόχρους, στρογγύλην ἔχων τὴν ὄψιν, πυρράκης, ἀναφάλας, εὔριν, εὐπώγων, κειρόμενος τὸ γένειον, καθὰ Ῥωμαίοις ἔθος ἐστίν. ἦν δὲ Καππαδόκης. ἐκέλευσε δὲ γράφεσθαι ἐν τοῖς συμβολαίοις Μαυρίκιος [καὶ] Τιβέριος. ἐστέφθη δὲ ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ, καὶ μετ' ὀλίγον τὸν γάμον πεποίηκε. τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνὶ γεγόνασιν ἐν τῷ φόρῳ ἐμπρησμοὶ καὶ ἀνέμων καταιγίδες, καὶ πολλὰς οἰκίας διώλεσαν. καὶ τῇ δεκάτῃ τοῦ Μαΐου γέγονε σεισμὸς μέγας καὶ ἱππικὸν ἐτελέσθη. πρεσβεύουσι D *δὲ οἱ Ἄβαρες πρὸς τὸν βασιλέα, οἱ πρὸ ὀλίγου τὸ Σίρμιον χειρωσάμενοι, πόλιν τῆς Εὐρώπης ἐπίσημον, καὶ ἠξίουν ταῖς ὀγδοήκοντα χιλιάσι τοῦ χρυσίου, ἃς ἐτησίως ἐλάμβανον παρὰ Ῥωμαίοις, προστεθῆναι ἄλλας κ'· καὶ ὁ βασιλεὺς εἰρήνης ἐφιέμενος τοῦτο κατεδέξατο. ᾔτησαν δὲ καὶ ἐλέφαντα, ζῷον Ἰνδικόν, ἐκπεμφθῆναι αὐτοῖς πρὸς θέαν, καὶ κλίνην χρυσῆν· ὧν καὶ πεμφθέντων*

vit, et utrumque Caesarem designavit. decima quarta die Augusti Tiberius cum cucurbitas serotinas vitiatas edisset, in tabem incidit. moriturus ergo Ioannem patriarcham, senatum et exercitus vocat, coramque iis Mauricio genero suo imperium tradit. quod cum omnes faustis acclamationibus probassent, reversus in lectum suum vitam cum morte commutavit. imperavit annos tres, menses decem, dies octo. sepultus est in heroo, in arca Prasina.

Mauricius orthodoxus imperium Romanum gubernavit annos viginti, menses tres, dies duos. statura fuit mediocri, robustus, albus, facie rotunda, subrufus, recalvaster, naso et barba mediocri: barbam Romano more tondebat. patria Cappadox, iussit se in tabulis scribi Mauricium Tiberium. coronatus est a patriarcha Ioanne ieiunatore, ac paulo post nuptias habuit. mense Aprili in foro incendia fuerunt, et ventorum procellae, quibus multae domus sunt perditae. decima Maii terrae motus fuit magnus et equestre certamen actum. Avares autem, qui non multo ante Sirmium Europae nobilem urbem occupaverant, missis legatis ab imperatore postulant ut 80 auri milibus, quae a Romanis quotannis accipiebant, alia 20 adiicerentur. imperator pacis studiosus consensit. postulabant ut sibi ad spectaculum mitteretur elephantus Indicus et aurea culcitra. quae missa remiserunt, contempta culci-

ἀμφότερα ἀντέστρεψαν, τὴν κλίνην εὐτελίσαντες. ᾔτοῦντο δὲ πάλιν ἄλλας κ' πρὸς ταῖς ἑκατόν. τοῦ δὲ βασιλέως μὴ καταδεξα- P 395 μένου, στρατεύσας ὁ χαγάνος τὴν Σιγιδῶνα πόλιν κατέστρεψε καὶ ἑτέρας πόλεις ἐχειρώσατο καὶ τὴν Ἀγχίαλον, ἠπείλει δὲ καὶ τὰ μακρὰ τείχη καταστρέψαι. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἐλπίδιον τὸν πατρίκιον σὺν Κομμεντιόλῳ πρέσβεις πρὸς τὸν χαγάνον ἀπέστειλε, καὶ ὁ βάρβαρος ἐπὶ ταῖς τῶν πάκτων συνθήκαις εἰρήνην ἄγειν καθωμολόγει.

Τῷ β' ἔτει ὕπατος ὁ βασιλεὺς ἀναγορεύεται, καὶ πολλοὺς θησαυροὺς τῇ πόλει δωρεῖται. προβάλλεται δὲ Φιλιππικὸν στρατηγὸν τῆς ἑῴας, ποιήσας αὐτὸν γαμβρὸν εἰς Γορδίαν τὴν ἰδίαν ἀδελφήν. ὁ δὲ Φιλιππικὸς τοῖς Περσικοῖς ἀθρόως ἐπεισπεσὼν καὶ πολλὴν αἰχμαλωσίαν λαβὼν εἰς τὴν τῶν Μήδων χώραν παρα- B βάλλει, καὶ πολλὰ χωρία διαφθείρας εἰς Ῥωμανίαν αὖθις ὑπέστρεψε. τοῦ δὲ χαγάνου τὴν εἰρήνην ἀθετήσαντος καὶ τῷ μακρῷ τείχει ληϊζομένου, ὡς προσεπέλασεν ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Κωμμεντιόλος, τούτοις ἀθρόως ἐπεισπεσὼν πολλὰ πλήθη ἀνεῖλε καὶ τούτους ἀπήλασεν. ἐλθὼν δὲ ἐν Ἀδριανουπόλει Ἀνδραγάστῳ περιπίπτει τῷ Σθλαβίνων στρατηγῷ αἰχμαλωσίαν ἐπιφερομένῳ· καὶ τούτῳ ἐπεισπεσὼν τὴν αἰχμαλωσίαν διέσωσε καὶ νίκην μεγάλην περιεβάλετο. τότε καί τινες Ἕλληνες ἐν οἴκῳ τινὸς ἀριστῶντες εἰς ὕβρεις καὶ ἀναθεματισμοὺς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου προήχθη- C σαν. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι παραυτὰ πονηροῖς πνεύμασι ληφθέντες δίκας ἀπετίννυον, ὁ δεσπότης δὲ τῆς οἰκίας εἶδε κατ' ὄναρ ἐπι-

tra. postulaveruntque alia adhuc 20 milia sibi addi. quod cum recusaret imperator, Chaganus expeditione suscepta Sigidonem aliasque urbes subegit et Anchialum, minatus se etiam Longum murum eversurum. imperator ergo Elpidium patricium cum Commentiolo legatos ad Chaganum mittit; isque se pactis conventis staturum ac pacem servaturum pollicetur.

Anno secundo imperator consul designatur magnasque urbi opes largitur. idem sororem suam Gordiam Philippico in matrimonium dat, Orientique eum praeficit. qui subito Persas magna vi adortus magna hominum praeda parta in Mediam irrumpit, multisque ibi oppidis vastatis in Romaniam revertit. cum autem Chaganus pace violata ad Longum murum praedando excurreret, Commentiolus dux Romani exercitus de improviso barbaros adortus magna multitudine caesa eos abegit. inde cum ad Adrianopolim venisset, in Andragastum incidit, Slavinorum ducem, qui praedam agebat. in hunc facto impetu praedam recepit, insigni potitus victoria. eo tempore Graeci quidam in domo cuiusdam prandentes eo prolapsi sunt ut in virginem deiparam convicia atque exsecrationes iacerent. horum reliqui illico a malis correpti spiritibus poenas dederunt. dominus autem domus istius per insomnium vidit sibi

στᾶσαν αὐτῷ τὴν θεοτόκον καὶ βεργίῳ τὰ αὐτοῦ γόνατα περιχαράξασαν καὶ μηδὲ λόγου αὐτὸν ἀξιώσασαν. ὁ δὲ εὐθὺς ἔξυπνος τοῖς πόνοις γενόμενος εὗρε τοὺς πόδας αὐτοῦ κεκομμένους, κἀντεῦθεν λοιπὸν δημοσίᾳ φοράδην ἀγόμενος καὶ προκείμενος τὴν δικαιοκρισίαν ἐξωμολογεῖτο τοῦ θεοῦ καὶ τὴν τῆς παναμώμου θεοτόκου κατ' αὐτοῦ ἀγανάκτησιν.

Τῷ γ' ἔτει Φιλιππικὸς ἐπὶ τὴν Περσικὴν ἐλθών, καταλαβὼν τὴν Ἀρξάνην μεγάλην αἰχμαλωσίαν ἐκράτησε, καὶ δειλίαν ἐμποιεῖ D
τοῖς Περσικοῖς στρατεύμασι. νοσήσας δὲ τὸν ἀνεψιὸν χειροτονεῖ καθηγεῖσθαι τοῦ λαοῦ, καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν νοσῶν παραγέγονε. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ υἱός, καὶ ὠνόμασεν αὐτὸν Θεοδόσιον.

Τῷ δ' ἔτει Φιλιππικὸς ἐξεληλυθὼς τῆς πόλεως πρὸς Πέρσας ὁπλίζεται, καὶ τούτοις συμβαλὼν νικᾷ τὸν πόλεμον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάλιν ἀναλαβὼν Καρδαρίγας τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις πρὸς πόλεμον ὁπλίζεται, καὶ δευτέρου πολέμου κροτηθέντος νικῶσι πάλιν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀναιροῦνται Πέρσαι πολλοί, χειροῦνται δὲ καὶ ζῶντες δισχίλιοι καὶ εἰς τὸ Βυζάντιον πέμπονται. ὁ δὲ Καρδαρίγας προσέφυγεν εἰς τὸ Δαράς· οἱ δὲ τοῦ κάστρου Πέρσαι μεθ' ὕβρεων τοῦτον ἀπεπέμψαντο. ὁ δὲ Φιλιππικὸς τοὺς γενομένους P 396
τραυματίας εἰς τὰς πόλεις παρέπεμψεν ἰατρεύεσθαι, καὶ Ἡράκλειον τὸν τοῦ Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος πατέρα, ὑποστράτηγον ὄντα, ἐπὶ κατασκοπὴν τῶν βαρβάρων ἐξέπεμψεν. αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Βαβυλῶνα εἰσβάλλει, καὶ τὸ Χλόμαρον φρούριον παρα-

adstare deiparam, quae alloqui ipsum non dignata pedes eius virgula veluti notis impressis circumscripsit. ille autem prae dolore statim evigilans pedes suos incisos invenit. gestatus in publicum ibique expositus iustum dei iudicium et inculpatae virginis deiparae contra se indignationem professus est.

Anno tertio Philippicus in Persiam expeditione facta Arxanam capit, magnaque potitur praeda, et terrorem Persicis copiis incutit. morbo inde correptus consobrinum suum exercitui praeficit atque ipse Cpolin aegrotus revertitur. eodem anno imperatori filius est natus ac Theodosius nominatus.

Quarto anno Philippicus urbe egressus armatum exercitum in Persas duxit, acieque congressus eos vicit. postridie Cardarichas denuo instructo exercitu alteram pugnam commisit, rursusque penes Romanos victoria fuit; et multi Persae occisi, capti bis mille, et Byzantium missi. Cardarichas ad Daras confugit, et a castris per eos qui praesidii loco id castrum tenebant, per ludibrium est repulsus. Philippicus saucios per urbes dimittit, ut corpora curarent; legatumque Heraclium, cuius filius Heraclius postea imperator fuit, ad explorandas res barbarorum emittit. ipse in Babyloniam impressione facta Chlomarum castellum ob-

καθέζεται. ὁ δὲ Καρδαρίχας στρατολογεῖ ἰδιώτας μεθ' ὑποζυγίων, καὶ δι' ὀχυρῶν τόπων ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ ἐπὶ τὰ νῶτα γίνεται τῶν Ῥωμαίων, μηδαμῶς θαρρῶν χεῖρας αὐτοῖς ἐμβαλεῖν. Ῥωμαῖοι δὲ τῷ ἀκαίρῳ φόβῳ διασκεδασθέντες διὰ δυσδιεξοδεύτων τόπων μεγάλοις κινδύνοις περιέπεσον. πρωΐας δὲ γενομένης, τῆς B *συμφορᾶς ἀπηλλάττοντο, καὶ τὸν στρατηγὸν καταλαβόντες ὕβρεσιν αἰσχίσταις τοῦτον ἔβαλον. οἱ δὲ Πέρσαι ἐπίπλαστον νομίσαντες εἶναι τὴν φυγὴν διῶξαι οὐκ ἐτόλμησαν. Ἡράκλειος δὲ διαπεράσας τὸν Τίγρην, ὅσα τῆς Μηδικῆς χώρας ἦσαν ἐπίσημα χωρία παρεδίδου πυρί, καὶ οὕτως πρὸς Φιλιππικὸν ἀνέστρεψε μετὰ σκύλων πολλῶν. καὶ γίνεται πάλιν κατὰ τὴν Μαρτυρούπολιν Περσικὸς μετὰ Ῥωμαίων πόλεμος, καὶ κρατοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ ἀναιρεῖται ὁ τῶν Περσῶν στρατηγὸς Βαρουζᾶς, συλλαμβάνονται δὲ καὶ ζῶντες τρισχίλιοι καὶ οἱ τῶν Περσικῶν ταγμάτων ταξίαρχοι. χίλιοι δὲ μόνοι τὸν ἀριθμὸν ἐσώθησαν, οἳ καὶ μετὰ κινδύνων ἐπὶ* C *τὴν Περσίδα ἀνέστρεψαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα τὰ Περσικὰ λάφυρα καὶ τοὺς ζωγρηθέντας ἅπαντας σὺν τοῖς βάνδοις. ὁ δὲ Μαυρίκιος ἔκτισε τὸν Καριανὸν ἔμβολον ἐν Βλαχέρναις, γράψας ἐν αὐτῷ διὰ ζωγραφίας τὰς ἑαυτοῦ πράξεις τὰς ἐκ παιδόθεν μέχρι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. ἀνεπλήρωσε δὲ καὶ τὸ ἐν αὐτῷ δημόσιον λουτρόν. τυποῖ δὲ καὶ τὴν λιτὴν καλουμένην πρεσβείαν κατὰ παρασκευὴν ἐν Βλαχέρναις τελεῖσθαι καὶ ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις πληροῦσθαι.*

Τῷ ϛ' ἔτει οἱ Λογγίβαρδοι πόλεμον ἤραντο κατὰ Ῥωμαίων,

sidet. Cardarichas autem collecta tironum manu et iumentis, noctu cum luna sileret, per loca natura munita eo pervenit ut a tergo esset Romanorum, quibuscum conserere manum nequaquam audebat. Romani locorum imperviorum iniquitate et intempestivo terrore in summum periculum devenerunt. e quo tamen luce facta facile evaserunt, arreptumque ducem atrocissimis contumeliis exagitarunt. Persae autem fugam eam simulari putantes non sunt ausi insequi. at Heraclius transmisso Tigri, quaecunque Mediae erant nobiliora oppida, ea incendit, atque ita ad Philippicum est magna cum praeda reversus. rursum inde ad Martyropolim commisso inter Persas ac Romanos praelio vicerunt Romani. cecidit eo in praelio Baruzas Persarum dux, captaque sunt tria milia, ac Persici exercitus ductores. mille tantum de Persicis copiis homines clade evitata non absque periculis in Persidem redierunt. Romani ad imperatorem praedam mittunt Persicam, omnesque captivos una cum bandis. Mauricius porro Cariana rostra in Blachernis condit, inque eo omnem suam a pueritia usque ad imperatoriam dignitatem vitae historiam depingit. absolvit etiam publicum ibi balneum. et constituit ut publica deprecatio, sive intercessio dicitur, in parasceua a Blachernis ad Chalcopratia duceretur.

Anno sexto Longobardi bellum Romanis intulerunt, et Maurusii in

καὶ τὰ τῶν Μαυρουσίων ἔθνη κατὰ τὴν Ἀφρικὴν μεγάλας ταραχὰς ἐποιήσαντο. ἐν δὲ τῇ Περσίδι φυλακὴ ὑπάρχει ἡ λεγομένη Λήθη, ἐν ᾗ πολλοὺς ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἀπὸ διαφόρων ἐθνῶν ἐν [D] ταύτῃ κατέκλεισε σὺν τοῖς αἰχμαλώτοις τῆς πόλεως Δαράς. οὗτοι οὖν ἀπογνόντες ἑαυτῶν ἐπανίστανται κατὰ τῶν φυλασσόντων αὐτούς· οὓς καὶ ἀνελόντες εἰς τὸ Βυζάντιον ἥκασι, καὶ ὑπεδέξατο αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς μετὰ χαρᾶς μεγάλης. καὶ πάλιν Κομμεντίολος εἰς τὸν κατὰ τῶν Περσῶν πόλεμον χωρεῖ, καὶ νικήσας πολλὰ λάφυρα ἐν Βυζαντίῳ πέμπει.

Τῷ ζ´ ἔτει Βαρὰμ κατὰ Χοσρόου γενόμενος τοῦτον τοῖς Ῥωμαίοις προσρυῆναι ἠνάγκασεν· ᾧ δοὺς ὁ βασιλεὺς συμμαχίαν τόν τε Βαρὰμ ἀπέκτεινε καὶ τὴν Περσίδα ἐκράτησε. δεδοικὼς δὲ τὴν δολοφονίαν, ζητεῖ Μαυρίκιον εἰς φυλακὴν αὐτοῦ χιλίους Ῥω- [P 397] μαίους. ὁ δὲ βασιλεὺς ποιεῖ καὶ τοῦτο, ὡς λέγειν τὸν Χοσρόην ὅτι Ῥωμαῖοι Πέρσαις τὴν βασιλείαν χαρίζονται.

Τῷ η´ ἔτει τὸ πάσχα Θεοδόσιος υἱὸς Μαυρικίου στέφεται ὑπὸ Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, χρόνων ὑπάρχων τεσσάρων ἥμισυ. τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει Μαυρίκιος τὸν ναὸν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, ὃν ἀπήρξατο Τιβέριος, ἀνεπλήρωσε, καὶ τῆς ἀνατολῆς εἰρήνην βαθεῖαν ἐχούσης τὰς δυνάμεις τῶν στρατευμάτων ἐπὶ τὴν Θρᾴκην διεβίβασε.

Τῷ θ´ ἔτει τοῦ βασιλέως μετὰ τῶν στρατευμάτων ἐπὶ τὴν δύσιν ἐξερχομένου, ἐκωλύετο παρὰ πάντων ὑπουργῆσαι τῷ πο- [B] λέμῳ. ἐν δὲ τῷ Δαονίῳ ἔτεκε γυνὴ παιδίον μήτε ὀφθαλμοὺς μήτε

Africa magnos tumultus excitarunt. in Perside locus custodiae destinatus est, nomen Lethae ab oblivione habens. in eo Persarum rex multos de variis populis captos incluserat, una cum iis quos in castello Daras ceperat. hi de salute sua desperabundi custodes adorti sunt, iisque caesis Byzantium pervenerunt, suntque ab imperatore magno cum gaudio recepti. ac rursum Commentiolus in Persidem ingressus victor multa spolia Byzantium misit.

Anno 7 Chosroes, cum adversus eum Baramus insurgeret, coactus est ad Romanos confugere; et impetrato ab imperatore auxilio Baramum occidit Persidemque obtinuit. metuens autem sibi ab insidiis, mille Romanos praesidii loco dari a Mauricio sibi petiit. quod ipsum quoque imperator concessit, itaque Chosroes fassus est regnum Persis beneficio Romanorum concessum.

Anno octavo in Paschate Theodosium Mauricii filium Ioannes patriarcha Cpolitanus coronat, annos natum 4 s. eodem anno Mauricius aedem 40 sanctorum absolvit, a Tiberio inchoatam. cumque in Oriente alta esset pax, exercitus in Thraciam transtulit.

Nono anno, cum imperator copias in Occidentem educeret, ab omnibus vetitus est bello operam impendere. Daonii mulier infantem peperit oculis palpebris manibus pedibusque carentem: ad coxas autem

βλέφαρα μήτε χεῖρας μήτε πόδας ἔχων, πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ ἰχθύος οὐρὰ προσφυῶς ὑπῆρχεν αὐτῷ ὀστρακόδερμος. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ κύων ἑξάπους, κεφαλὴν ἔχων λεοντώδη, γεννηθεὶς ἐγένετο μέγας σφόδρα. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ ἵππος τοῦ βασιλέως, ὁ τὸν χρυσοῦν περικείμενος κόσμον, ἀθρόως διερράγη πεσών. τούτοις πᾶσιν οἰωνισάμενος ὁ βασιλεὺς περίλυπος ἦν. μαθὼν δὲ ὅτι πρέσβεις εἰς τὸ Βυζάντιον Περσῶν τε καὶ Φράγγων παρεγένοντο, ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια.

C *Ἀπὸ τῶν ἱστορικῶν τοῦ Σιμοκάτου λόγος Χοσρόου βασιλέως Περσῶν πρὸς Ἰωάννην στρατηγὸν Ῥωμαίων, ἀποσκώψαντα εἰς αὐτὸν ὅτε ἀπεστάλη παρὰ τοῦ Μαυρικίου εἰς βοήθειαν αὐτοῦ. "εἰ μή περ ἀπὸ τοῦ καιροῦ ἐτυραννούμεθα, οὐκ ἂν ἐθάρρησας, στρατηγέ, τὸν μέγαν ἐν ἀνθρώποις βασιλέα βάλλειν τοῖς σκώμμασιν. ἐπεὶ δὲ τοῖς παροῦσι μέγα φρονεῖς, ἀκούσῃ τί δῆτα τοῖς θεοῖς ἐσύστερον μεμελέτηται. ἀντικαταρρεύσει, εὖ ἴσθι, εἰς τοὺς Ῥωμαίους ὑμᾶς δεινά, ἕξετε δὲ τὸ Βαβυλώνιον φῦλον τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας κρατοῦν τριττὴν κυκλοφορικὴν ἑβδομάδα ἐτῶν. μετὰ δὲ τοῦτο πεμπταίαν ἑβδομάδα ἐνιαυτῶν Ῥωμαῖοι Πέρσας δουλαγωγήσετε. τούτων δὴ διηνυσμένων τὴν ἀνέσπερον ἡμέραν ἐνδη-* D *μεῖν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὴν προσδοκωμένην λῆξιν ἀποβαίνειν τοῦ κράτους, ὅτε τὰ τῆς φθορᾶς παραδίδοται λύσει καὶ τὰ τῆς κρείττονος διαγωγῆς πολιτεύεται."*

Τῷ ι' ἔτει τοῦ χαγάνου ἐπελθόντος κατὰ τὸ Σίρμιον, ὁ βα-

9 *ἱστοριῶν?*

cauda piscis testa intecti enata erat. eodem die canis quoque sex pedes habens et caput leoninum natus ac valde magnus factus est. eodem die equus etiam imperatoris, qui aureis phaleris erat ornatus, concidit subito atque ruptus est. haec omnia imperator ominis loco ducens animi angebatur; et cognito legatos Persarum ac Francorum Byzantium appulisse, in regiam rediit.

Sequitur ex historiis Simocatti oratio Chosroae Persarum regis ad Ioannem ducem Romanorum, qui missus ei opitulatum a Mauricio imperatore sannas in regem iecerat. "nisi" inquit "ipsa temporis ratio in nos tyrannidem exerceret, nunquam profecto tu, o dux, auderes magnum inter homines regem subsannare. nunc quia praesens rerum status te superbum reddit, audi quid de futuro dii statuerint. sic habe calamitates in vos Romanos redundabunt, ac per tres circulares septennales annorum conversiones Babylonica gens Romanae rei publicae dominabitur. inde per quinque annorum septenarios Romani Persas servitio premetis. his circumactis dies vesperae expers hominibus illucescet exspectatumque regnum inibit: tunc interitus nulla erit memoria, et vita melioribus institutis agetur."

Anno decimo, cum Chaganus apud Sirmium irrueret, imperator

σιλεὺς στρατηγὸν Εὐρώπης τὸν Πρίσκον χειροτονεῖ. ὁ δὲ Πρίσκος Σαλβανιανὸν ὑποστράτηγον ποιήσας προτρέχειν ἐκέλευσε, καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων χωρήσαντες συγκροτοῦσι πόλεμον καὶ νικῶσι Ῥωμαῖοι. ὁ δὲ χαγάνος τοῦτο ἀκηκοώς, ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις ἐχώρει πρὸς πόλεμον, καὶ εἰς Ἀγχίαλον ἐλθὼν ταύτην κατέκαυσεν. εἶτα εἰς τὸ Δριζὶν περᾷ. ὁ δὲ Πρίσκος μὴ θέλων P 398
θεωρεῖν τὰ πλήθη τῶν βαρβάρων εἰς Τζουρουλὸν εἰσελθὼν ἠσφαλίσατο. ὁ δὲ βάρβαρος τὸν Πρίσκον πολιορκεῖν ἐπεχείρει. ταῦτα δὲ ἀκηκοὼς Μαυρίκιος διηπόρει τί δράσει· εὐβουλίᾳ δὲ καταστρατηγεῖ τῆς ἀπείρου δυνάμεως, καὶ ἕνα τῶν ἐξκουβιτώρων μεγάλαις δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσι πείθει ἑκοντὶ περιπεσεῖν τοῖς βαρβάροις, καὶ δίδωσιν αὐτῷ πρὸς Πρίσκον γραφὴν περιέχουσαν τάδε "τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ Πρίσκῳ. τὴν ἀλιτηρίαν τῶν βαρβάρων ἐγχείρησιν μὴ δειλιάσῃς· πρὸς γὰρ ἀπώλειαν αὐτῶν τοῦτο γέγονε. γίνωσκε γὰρ ὅτι μετὰ πολλῆς αἰσχύνης ἔχει ὁ χαγάνος ὑποστρέψαι εἰς τὴν ἀφιερωθεῖσαν αὐτῷ παρὰ Ῥωμαίων χώραν. διὰ τοῦτο B
καρτερησάτω ἡ σὴ ἐνδοξότης ἐν τῇ Τζουρουλῷ περιρέμβουσα αὐτούς. πέμπω γὰρ διὰ θαλάσσης πλοῖα, καὶ αἰχμαλωτίζομαι τὰς φαμιλίας αὐτῶν, καὶ ἀναγκάζεται μετ' αἰσχύνης καὶ ζημίας εἰς τὰ ἴδια ὑποστρέψαι." ὁ δὲ χαγάνος κρατήσας τὰ γράμματα καὶ ἀναγνοὺς γίνεται περιδεής, καὶ συνθήκας πρὸς τὸν Πρίσκον διαθέμενος καὶ εἰρηνεύσας ἐπὶ δώροις ὀλίγοις καὶ ἀναξιολόγοις εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανέζευξε γῆν μετὰ φυγῆς κραταιᾶς.

Τῷ ιαʹ ἔτει Πρίσκος μεγάλως ἐπὶ τοῖς Σθλαβίνοις ἠνδρα-

praefectum Europae Priscum creat. is Salvanianum legatum sibi adsciscit, eumque praeire iubet. barbaros ergo aggressi conserta pugna eos vincunt. Chaganus re cognita copiis collectis ad bellum proficiscitur. cumque Anchialum venisset, urbem eam incendit: inde Drizinem traiicit. Priscus vero multitudini barbarorum occurrendum non ratus Tzurulum petiit, ibique loci opportunitate se tutatus est. quem mox Chaganus obsedit. id cum Mauricius intellexisset, quid faceret dubius, calliditate vim infiniti exercitus hoc pacto eludit. excubitorum quendam magnis et muneribus et pollicitationibus eo permovet, uti cum literis, quas ipse ad Priscum dabat, dedita opera in barbarorum manus se coniiceret. literarum haec erat sententia. "Prisco duci gloriosissimo S. formidare sceleratum barbarorum conatum noli, ipsis exitio suo staturum: magno enim suo cum dedecore Chaganus in terram sibi a Romanis concessam revertetur. tua ergo praestantia eos otioso animo sustineat in Tzurulo. ego enim per mare missis navigiis eorum familias captivas abduco, ut cum dedecore et damno suo domum redire opus habeat." Chaganus cum in literas incidisset easque legisset, in magnum venit metum; ac paucis quibusdam et nullius pretii donis acceptis, pace composita domum versus fugam quantum potuit fecit.

Anno undecimo Priscus rem contra Slavinos praeclare gessit, magna

γάθησε καὶ φόνον πολὺν τῶν βαρβάρων εἰργάσατο. τῷ αὐτῷ C ἔτει Παῦλος ὁ τοῦ βασιλέως πατὴρ ἐτελεύτησεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ Ἀναστασία Αὐγοῦστα ἡ πενθερὰ Μαυρικίου, γυνὴ δὲ Τιβερίου, καὶ ἐτάφη μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς.

Τῷ ιβʹ ἔτει τοῦ Πρίσκου πάλιν τὸν Ἴστρον καταλαβόντος καὶ τὰ Σθλαβίνων ἔθνη πραιδεύσαντος καὶ πολλὴν αἰχμαλωσίαν τῷ βασιλεῖ πέμψαντος, γράφει αὐτῷ ἐκεῖσε παραχειμάσαι. τῷ δʼ αὐτῷ ἔτει Φιλιππικὸς κτίζει τὴν ἐν Χρυσουπόλει μονὴν τῆς παναχράντου θεοτόκου καὶ τὰ παλάτια πρὸς τὸ ὑποδέχεσθαι τὸν βασιλέα καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ποιήσας καὶ ἰχθυοτροφεῖον καὶ παραδείσους. καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ ἔκτισε τὸν οἶκον τὸν λεγόμενον τοῦ Φιλιππικοῦ.

D Τῷ ιγʹ ἔτει εἰς τὰ τοῦ Βυζαντίου προάστεια τίκτονται τέρατα, παιδίον τετράπουν καὶ ἄλλο δικόρυφον· λέγεται δὲ μὴ σημαίνειν ἀγαθὰ ταῖς πόλεσιν ἐν αἷς γίνονται ταῦτα. καὶ ὁ βασιλεὺς Πρίσκον τῆς στρατηγίας ἀποπαύει, Πέτρον δὲ τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν στρατηγὸν τῆς δυνάμεως Ῥωμαίων ποιεῖ.

Τῷ ιδʹ ἔτει Πέτρος ὁ στρατηγὸς τοὺς Σθλαβίνους ἐπιφερομένους Ῥωμαϊκὴν αἰχμαλωσίαν τρέπει, καὶ οἱ βάρβαροι τὴν αἰχμαλωσίαν ἀποσφάξαντες ἔφυγον· ὀλίγους δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι κρατήσαντες ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ὑπέστρεψαν. τῷ δʼ αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς τὸν στρογγύλον ἡλιακὸν τῆς Μαγναύρας, στήσας ἐν τῷ μεσαυλίῳ τὴν ἰδίαν στήλην, καὶ ἀπέθηκεν ἐκεῖ τὸ ἀρμαP 399 μέντον. ἔκτισε δὲ καὶ τὸ λωβῶν γηροκομεῖον εἰς τὰ Ἡρίου, τὸ

barbarorum edita strage. eodem anno Paulus imperatoris pater mortuus est Cpoli; et Anastasia Augusta, socius Mauricii, uxor Tiberii, sepulta est iuxta virum.

Anno 12 Priscus rursus Danubium occupat, Slavinorum agros populatur, magnamque imperatori praedam mittit, atque ab eo in hostico hiemare iubetur. eodem anno Philippicus Chrysopoli mansionem deiparae condit, et palatium ad imperatorem eiusque liberos excipiendum. piscinam quoque et hortos facit, et Cpoli domum aedificat, quae ab eo Philippici domus dicitur.

Anno 13 Byzantii in suburbio monstra sunt nata, infans quadrupes et alius biceps. ferunt haec nihil boni portendere urbibus in quibus nascuntur. imperator Prisco munus ducendarum copiarum abrogat, idque fratri suo Petro demandat.

Anno 11 Heraclius divino Christianos defendendi ardore animi incitatus, constituta, ut putabat, cum Avaribus pace, exercitus ex Europa in Asiam transtulit, cogitavitque, deo adiuvante conatum suum, in Persidem ducere.

Anno 12, qui fuit ab initio mundi 6131, tertia mensis Septembris, septimanae quinta die, Stephanus Alexandrinus Saracenis ex astris petita divinandi ratione vaticinatus est fore eorum potentiam ac dominationem validam per annos 309, inde alios 56 eam turbis tumultibus ac calamitatibus vexatum iri. rerum itaque eos potituros annos in universum utraque fortuna 365. in anno 60, sicut et vates Esaias praenuntiat (cap. 21) "hoc fatur dominus: annorum summa erit, quanta est anno mercenarii. tum gloria Cedaris interibit, exiguaeque erunt reliquiae iaculationum filiis Cedaris robustis." desunt ergo usque ad * siquidem astrologus ille Stephanus thema legitime constituit. quanquam mea fert opinio aberrasse eum scrupulo valde magno. noris autem Cedarem secundum esse Ismaeli filium. hoc anno Heraclius solennitate Paschatis peracta, statim postridie sub vesperam adversus Persas movit. sumpsit ad eam expeditionem de domibus religiosis et templis mutuam pecuniam, fisco imperatoris inopia tum laborante; et ex ea cudit mo-

ἴδιον υἱὸν σὺν τῷ πατριάρχῃ Σεργίῳ ἐν Κωνσταντινουπόλει διοι-
κεῖν τὰ πράγματα, σὺν Βόνῳ τῷ πατρικίῳ, ἀνδρὶ ἐχέφρονι καὶ
τὰ πάντα συνετῷ καὶ πεπειραμένῳ. ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τὸν χα-
γάνον παρακλήσεις τοῦ ἐπικουρεῖν τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα
P 410 ὡς φιλίαν σπεισάμενον πρὸς αὐτόν, καὶ ἐπίτροπον τοῦ ἰδίου υἱοῦ
τοῦτον ὠνόμασεν. ὁ Χοσρόης δὲ Σάην τὸν ἡγεμόνα μετὰ πολλῆς
δυνάμεως κατὰ Ῥωμαίων ἀποστείλας πᾶσαν τὴν ἀνατολὴν ἠφάνι-
σεν. ἐλθὼν δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἱκανὸν χρόνον παρεκάθισεν. ὃς τὸν
Ἡράκλειον μεθ᾽ ὑποκρίσεως προσκαλεσάμενος τὰ πρὸς εἰρήνην
ὡμίλησεν· ὁ δὲ τοῖς δολίοις λόγοις πιστεύσας αὐτοῦ ἐκπέμπει σὺν
αὐτῷ πρέσβεις μεγιστᾶνας πρὸς Χοσρόην ο΄, οὓς παραλαβὼν ἀτί-
μους καὶ δεσμίους ἀπήγαγεν ἐν Περσίδι. ὁ δὲ Χοσρόης τὸν μὲν
Σάην ὡς τὸν Ἡράκλειον ἰδόντα καὶ μὴ συλλαβόντα ἐκδαρῆναι
ἐκέλευσε, τοὺς δὲ πρέσβεις ἐν φρουραῖς καὶ κακουχίαις κατεδί-
B κασεν· ὑπὲρ ὧν ἀθυμία καὶ θλῖψις πολλὴ κατέσχε τὸν βασιλέα.
εἶτα πάλιν Χοσρόης ἀπέστειλεν ἕτερον ἄρχοντα κατὰ Ῥωμαίων,
ὀνόματι Σάρβαρον, ὃς μετὰ πλείστης δυνάμεως ἦλθε πρὸς τὴν
Ἀσίαν, τὴν Ῥωμανίαν ληϊζόμενος. ὁ δὲ βασιλεὺς βουλόμενος
πρὸς Περσίδα χωρεῖν τάδε πρὸς τὸν πατριάρχην ἔφη "εἰς χεῖρας
τοῦ θεοῦ καὶ τῆς θεομητέρος καὶ σοῦ ἀφίημι τὴν πόλιν ταύτην
καὶ τὸν υἱόν μου." καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν,
μέλανα ὑποδήματα περιβαλόμενος καὶ πρηνὴς πεσὼν ηὔξατο οὔ-
τως "δέσποτα θεὲ καὶ κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, μὴ παραδῷς ἡμᾶς
εἰς ὄνειδος τοῖς ἐχθροῖς σου διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἐπι-

netam et miliarisia. ad urbem filium suum cum Sergio patriarcha reliquit rebus gubernandis, addito Bono patricio, viro cordato variaque prudentia et usu rerum instructo. Chaganum quoque per literas hortatus est ad opitulandum rebus Romanis, ut cum quo societatem firmasset, eumque filii sui tutorem appellavit. interim Saes a Chosroe cum magno exercitu contra Romanos missus universum Orientem vastat; cumque ad Chalcedonem usque pervenisset, ibi aliquamdiu assedit. idem Heraclium simulata pacificationis spe ad colloquium de pactis invitavit. et imperator Sais fallacibus verbis deceptus mittit cum eo 70 de proceribus suis legatos ad Chosroem, quos Saes vinctos cum contumelia in Persidem adduxit. sed Chosroes Sai, quod Heraclium vidisset neque cepisset, cutem detrahi, legatos Romanos in custodiam dari maleque tractari iussit. alium deinde adversus Romanos ducem emittit, nomine Sarbarum. qui maximis cum copiis Asiam ingressus Romanorum diciones depraedatus est. ceterum Heraclius in Persidem iturus ita compellat patriarcham: "in manibus dei deiparae et tuis relinquo urbem hanc et filium meum." inde magnum templum ingressus, atratus calceos, pronus procubuit, itaque est precatus: "domine deus, et Iesu Christe, ne nos propter peccata nostra hostibus tuis irridendos praebeas: sed in-

βλέψας ἐλέησον, καὶ τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν σου νίκην δὸς ἡμῖν, C
ὅπως μὴ καυχήσονται οἱ ἀλάστορες κατὰ τῆς σῆς κληρονομίας ἐπαιρόμενοι." ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισσίδης μετὰ τοιαύτης ταπεινώσεως ἔφη "ὦ βασιλεῦ, μελεμβαφὲς πέδιλον εἱλίξας πόδα, βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων." λαβὼν δὲ μετὰ χεῖρας τὴν θεανδρικὴν ἀχειροποίητον μορφὴν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν, κατὰ Περσῶν ἐστράτευσε μετὰ πλοίων διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου, προσλαβόμενος εἰς συμμαχίαν πλήθη Τούρκων καὶ ἄλλων ἐθνῶν. ἀπάρας τοίνυν τῆς βασιλίδος πρὸς Περσίδα χωρεῖ, καὶ διὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν θεμάτων διερχόμενος συνέλεγε στρατόπεδα, προστιθεὶς D
αὐτοῖς καὶ νέον στρατόν, οὓς καὶ γυμνάζων τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐξεπαίδευσε. διχῇ γὰρ διελὼν τὰς παρατάξεις σὺν βοῇ πρὸς ἀλλήλους ἀναιμωτὶ ποιεῖν ἐκέλευε, κραυγάζειν τὸ πολεμικὸν καὶ παιᾶνας καὶ ἀλαλαγμόν. καὶ διέγερσιν ἔχειν τούτους ἐδίδασκεν, ἵνα κἂν ἐν πολέμῳ εὑρίσκωνται, μὴ ξενίζωνται, ἀλλὰ θαρροῦντες ὡς εἰς παίγνιον κατὰ τῶν Περσῶν χωρῶσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν σεβασμίαν εἰκόνα τῆς θεανδρικῆς μορφῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ταῖς χερσὶ κατέχων ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων, πιστὰ δοὺς τῷ λαῷ ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσεται καὶ ὡς τέκνα οἰκεῖα τούτους περιθάλψει· ἐβούλετο γὰρ τὴν ἐξουσίαν οὐ φόβῳ, ὅσον ἐν πόθῳ ἔχειν. εὑρὼν δὲ τὸν στρατὸν εἰς φόβον πολὺν καὶ P 411
διχόνοιαν ἀταξίαν τε καὶ ἀκοσμίαν, καὶ εἰς πολλὰ μέρη διεσπαρμένον, συντόμως πάντας εἰς ἓν συνήγαγε, καὶ νουθετήσας πολλὰ

5 βάψαις Goarus: legebatur βλάψαις   19 ἀγωνίζεται P

tuere in nos ac miserere nostrum, ac victoriam de hostibus tuis concede, ne glorientur scelerati et tuae insultent hereditati." hunc ita animo demisso orantem videns Georgius Pissidensis ita allocutus est

nigrum imperator nunc indute calceum
rubefacies, tinctum cruore Persico.

inde Heraclius in manus sumpta Christi imagine, quam sine manuum opera effictam supra rettulimus, Euxinum mare adversus Persas navigavit, adsciscens Turcorum et aliarum nationum auxiliares copias. in itinere ex Romanis provinciis copias contraxit, novo etiam scripto exercitu. hunc ad pugnam exercuit, in duas divisum acies, mandatoque ut incruento congrederentur praelio, clamorem militarem ac paeanas et strepitum ederent; eoque animos eorum excitavit, ut ne pugnae tempore rem insolentem exhorrescerent, sed hostes audacter et quasi ludum agentes aggrederentur. ipse venerandam illam Christi imaginem manibus tenens certamina princeps obibat, fide data multitudini promittens se ipsis ad mortem usque in pugna adfuturum, eosque instar liberorum tutaturum: volebat enim imperium potius favore quam metu suorum stabiliri. cum autem in exercitu reperiret omnia metus dissensionum confusionisque plena, eum in multas ante partes dissipatum compendio

τούτων τὸ φρόνημα ἀνέστησε καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων ὥπλισε, παραγγείλας ἀδικίας μὲν ἀπέχεσθαι εὐσεβείας δὲ ἀντέχεσθαι. παραγενόμενος δὲ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἀρμενίας προτρέχειν πλῆθος ἱππέων Περσικῶν ἤκουσε πρὸς τῷ ἐπιπεσεῖν ἄφνω τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων. οἱ δὲ προτρέχοντες πάλιν Ῥωμαῖοι τούτοις συναντήσαντες τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν δεσμώτην ἤγαγον πρὸς Ἡράκλειον καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀνεῖλον. ἐπεὶ δὲ χειμὼν κατέλαβεν, ἀποκλίνας
B ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ τοῦ Πόντου κλίμα ἔδοξε τοῖς βαρβάροις ἐν τούτῳ παραχειμάζειν. λαθὼν δὲ τοὺς Πέρσας καὶ ἐπιστραφεὶς εἰς τὴν Περσίδα εἰσβάλλει. τοῦτο μαθόντες οἱ βάρβαροι εἰς ἀθυμίαν ἦλθον. ὁ δὲ στρατηγὸς αὐτῶν ἔρχεται ἐν Κιλικίᾳ, ὅπως ἐπὶ Ῥωμανίαν ἐξελθὼν τούτους περιτρέψῃ. φοβηθεὶς δὲ πάλιν ἠναγκάσθη ἀκολουθεῖν ὀπίσω τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, κλέψαι τὸν πόλεμον μεριμνῶν διὰ νυκτὸς ἀφεγγοῦς. ἡ δὲ σελήνη ὑπέστη κατ᾽ αὐτὴν τὴν νύκτα ἐκ τοῦ συμβεβηκότος. κἀκ τούτου δειλιῶν τῷ βασιλεῖ προσβαλεῖν τὰ ὄρη καταλαμβάνει. ἐκεῖθεν δὲ κατερχόμενος λάθρα συμπλοκὰς μερικὰς ἐποιεῖτο, καὶ ἐν παντὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπρώτευον· καὶ θάρσος ἔλαβεν ὁ στρατός, τὸν βασιλέα
C ὁρῶν προπηδῶντα εὐτόλμως καὶ προπολεμοῦντα. καὶ δὴ συμβολῆς καρτερᾶς γενομένης νικῶσι Ῥωμαῖοι, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν λαμβάνουσι, σφάζουσι δὲ ἅπαν τὸ Περσικὸν πλῆθος, ὀλίγων τινῶν διαδράντων. ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι τῷ θεῷ καὶ τῷ βασιλεῖ ηὐχαρίστουν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν στρατὸν σὺν τῷ

in unum collegit, correctisque militum animis fiduciam auxit, et in barbaros inflammavit, hortatus ut iniustitia repudiata pietatem colerent. ut Armeniae fines intravit, occurrere sibi intellexit turmam equitum Persarum, quibus animus erat subito ipsum adoriri. sed Romani qui in primo erant agmine, cum in hos incidissent, multis caesis ducem eorum vinctum ad Heraclium adduxerunt. ingruente hieme in Ponticam regionem deflexit Heraclius; cumque eum ibi hiematurum Persae opinarentur, clam ipsis reversus in Persidem irruit. hoc auditum barbarorum animos deiecit. et eorum ductor, cum Romanorum avertendorum causa in Ciliciam duxisset, rebus suis metuens, necesse habuit Romanos a tergo subsequi. cumque statuisset nocte quadam obscura furtim hostes laedere, accidit forte ut luna ea nocte emergeret. itaque Romanos aggredi non ausus montes occupat; atque inde degressus levia committit praelia, in quibus omnibus Romana res fuit superior. animos exercitui auxit imperatoris alacritas, qui audacter in primam aciem prosiliebat ac pro suis propugnabat. iusta deinde conserta pugna victores Romani Persicum exercitum deleverunt, tantum paucis quibusdam fuga elapsis, omnibusque hostium impedimentis potiti sunt. ob haec Romani deo et imperatori gratias egerunt. ceterum He-

στρατηγῷ καταλιπὼν εἰς Ἀρμενίαν παραχειμάσαι, αὐτὸς εἰς τὸ Βυζάντιον ὑπέστρεψε.

Τῷ ιγ' ἔτει ἀπάρας τῆς βασιλευούσης κατὰ τάχος εἰς Ἀρμενίαν ἀφίκετο. Χοσρόης δὲ ἀπέστειλε τὸν Σαρβαραζᾶν σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ κατὰ Ῥωμανίας. Ἡράκλειος δὲ Χοσρόῃ ἐδήλου εἰρήνην ποιῆσαι· ὁ δὲ λόγον οὐδένα τούτου ἐποιήσατο. καὶ ὁ D βασιλεὺς εἰσέβαλεν εἰς τὴν Περσίδα. ὅπερ μαθὼν Χοσρόης τὸν Σαρβαραζᾶν ὑποστρέψαι ἐκέλευσε. καὶ ἐπισυνάξας πάντα τὰ Περσικὰ στρατεύματα παραδίδωσιν αὐτὰ τῷ Σαΐν· ὃς κατὰ τάχος ἑνωθεὶς τῷ Σαρβαραζᾷ, χωροῦσι κατὰ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ λόγοις παραινετικοῖς τὸν λαὸν διεγείρας ἐν τῇ ἐνδοτέρᾳ Περσίδι χωρεῖ, πυρὶ ἀφανίζων τὰς πόλεις καὶ τὰς κώμας. ἀκούσας δὲ ἐν Γαζακῷ .... ὁρμᾷ κατ' αὐτοῦ. καὶ προπέμψας τινὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν Σαρακηνοὺς προτρέχειν, συναντῶσι τῇ τοῦ Χοσρόου βίγλᾳ, καὶ τούτων τοὺς μὲν ἀνελόντες τοὺς δὲ κρατήσαντες σὺν τῷ στρα- P 412 τηγῷ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ προσήγαγον. τοῦτο μαθὼν Χοσρόης φυγῇ ἐχρήσατο. ὁ δὲ βασιλεὺς καταδιώξας τοὺς μὲν πολεμιστὰς ἀνεῖλε, τοὺς δὲ φεύγοντας διεσκέδασε. καὶ καταλαβὼν τὴν Γαζακὸν πόλιν, ἐν ᾗ ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τοῦ πυρὸς καὶ τὰ χρήματα Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως καὶ ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων, καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ εὗρε τὸ μυσαρὸν εἴδωλον τοῦ Χοσρόου, τό τε ἐκτύπωμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ παλατίου σφαιροειδεῖ στέγῃ ὡς ἐν οὐρανῷ καθήμενον, καὶ περὶ τοῦτο ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα,

raclius exercitu cum duce in Armeniam in hiberna dimisso Byzantium rediit. D

Anno decimo tertio in Armeniam se contulit. cum vero Chosroes Sarbarazam cum copiis in Romaniam emitteret, et ab Heraclio ad pacem componendam provocatus contemptim legatos audivisset, Heraclius in Persidem irrumpit. quo cognito Chosroes Sarbarazam revocat, contractosque quotquot habebat Persicos exercitus Saino tradit; isque statim se cum Sarbaraza coniunxit, atque una ambo adversus imperatorem duxerunt. sed Heraclius animos militum oratione exhortatus in Persidem interiorem perrexit, urbes et oppida incendio perdens. cumque inaudivisset Chosroen Gazaci esse, contra eum contendens quosdam Saracenorum, quos secum ducebat praecurrere iussit; qui in Chosroae excubitores inciderunt, hostesque partim interfecerunt, alios cum duce captos ad imperatorem adduxere. Chosroes ea re percepta fugam fecit. Heraclius persequens bellatores interficit, fugientes dissipat, urbemque Gazacum capit. ea in urbe fuit fanum solis, thesaurus Croesi Lydorum regis, et impostura carbonum. ingressus autem in eam abominandum offendit Chosroae simulacrum et effigiem eius in globi formam, referente palatii tholo tanquam in caelo sedentem. circum erant sol

οἷς ὁ δεισιδαίμων ὡς θεοῖς ἐλάτρευε, καὶ ἀγγέλους αὐτῷ σκηπτροφόρους περιέστησεν. ἐκεῖθέν τε σταγόνας στάζειν ὡς ὑετοὺς καὶ B ἤχους ὡς βροντὰς ἐξηχεῖσθαι ὁ θεομάχος ταῖς μηχαναῖς ἐπετεχνάσατο. ταῦτα γοῦν πάντα πυρὶ ἀναλώσας, καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ναὸν κατακαύσας καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, συντόμως κατεδίωκεν ὀπίσω Χοσρόου ἐν τοῖς στενοῖς τῶν Μήδων χωρίοις, ἐν οἷς καὶ πολλὰς πόλεις καὶ χώρας ἐπόρθησε. συμβούλιον δὲ ποιήσας τοῦ παραχειμάσαι, ἁγνίζει τὸν λαὸν ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἀνοίξας τὰ τοῦ θεοῦ ἄχραντα εὐαγγέλια εὗρεν ἐπιτρέποντα ἐν Ἀλβανίᾳ παραχειμάσαι. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ ἔχων σὺν αὐτῷ πολλὴν αἰχμαλωσίαν Περσικήν, ὡσεὶ πεντήκοντα χιλιάδας, τούτους τῇ συμπαθεῖ αὐτοῦ ψυχῇ ἐλεήσας τῶν δεσμῶν ἔλυσε.

C Τῷ ιδʹ ἔτει Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Σαρβαραζᾶν ἄλλον στρατηγὸν ἐξοπλίσας μετὰ λαοῦ πρὸς Σαρβαραγκᾶν ἀπέστειλεν, ὡς ἑνωθέντας ἀμφοτέρους πολεμῆσαι Ῥωμαίοις. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς ἔσπευσε συμβαλεῖν πόλεμον μετὰ Σαρβάραγκα πρὸ τοῦ ἑνωθῆναι αὐτὸν τῷ Σαρβαραζᾷ, καὶ πολλὰς ἐκδρομὰς κατ᾽ αὐτοῦ ποιησάμενος εἰς δειλίαν αὐτὸν ἐνέβαλεν. ὄπισθεν δὲ ἀμφοτέρους ἐάσας κατὰ Χοσρόου μετὰ σπουδῆς ἤλαυνεν. αὐτομολοῦσι δὲ δύο τῶν Ῥωμαίων πρὸς τοὺς Πέρσας, καὶ πείθουσιν αὐτοὺς ὅτι ἐκ δειλίας φεύγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. ἦλθε δὲ αὐτοῖς καὶ φήμη τὸν Σαὶν στρατηγὸν Περσῶν καταλαμβάνειν μεθ᾽ ἑτέρου D στρατεύματος εἰς βοήθειαν. τοῦτο μαθόντες Σαρβαραγκᾶς τε

22 *καταβαίνειν forte.* margo P

luna et astra, quibus ille superstitiosus tanquam diis serviebat, circumstantibus sibi angelis sceptrigeris. machinas porro impius paraverat, quae ex eo loco guttas pluviae instar emitterent sonitumque tonitrus aemulum ederent. haec omnia ipsamque ignis aedem et totam urbem combussit Heraclius; propereque Chosroem per angustias Mediae insecutus multas urbes et multos agros vastavit. deinde cum de hibernis deliberaret, triduo exercitum lustrat, apertisque postea inviolatis dei evangeliis invenit sibi mandari ut in Albania hiemet. in itinere porro captivos Persas, quos secum ducebat ad septingentos, ut erat homo animo misericordi, ductus miseratione vinculis solvit.

Anno decimo quarto Chosroes Persarum rex Sarbarazam alium ducem copiis instruit, mittitque ad Sarbarancam, ut coniunctis viribus ii bellum contra Romanos gerant. quod ut rescivit imperator, cum Sarbaranca praelio congredi studuit, antequam se ei Sarbarazas coniungeret. itaque eum crebris impressionibus exterruit. porro utroque post se relicto Chosroem festinanter insecutus est. tum duo Romani ad Persas transfugientes iis persuadent Romanis fugae causam esse metum. simul et rumor adfertur Sain Persarum ducem novo cum exercitu advenire, suis auxilio missum. his cognitis Sarbarancas et Sarbarazas in

καὶ Σαρβαραζᾶς ἠγωνίσαντο συμβαλεῖν πόλεμον Ἡρακλείῳ πρὸ τοῦ φθάσαι τὸν Σαΐν, καὶ τὴν νίκην ἐπ᾽ αὐτοὺς μετενεγκεῖν. πιστεύσαντες δὲ καὶ τοῖς αὐτομόλοις ἐχώρησαν κατὰ Ἡρακλείου. καὶ πλησιάσαντες αὐτῷ κατεσκήνωσαν, βουλόμενοι ἅμα πρωῒ συμβαλεῖν. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἀπάρας ἀφ᾽ ἑσπέρας ὥδευσε δι᾽ ὅλης τῆς νυκτός, μακράν τε γενόμενος ἀπ᾽ αὐτῶν, εὑρὼν πεδίον χλοηφόρον, ἠπλήκευσε. νομίσαντες δὲ οἱ βάρβαροι αὐτὸν ἐκ δειλίας φεύγειν ἀκόσμως ἐδίωκον· αὐτὸς δὲ ὑπαντιάσας αὐτοῖς ἐκρότησε πόλεμον, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ συνεργίᾳ τρέπει τοὺς βαρβάρους, καὶ τούτους διὰ τῶν φαράγγων διώξας πλήθη πολλὰ ἀνεῖλεν. ἐν τῷ P 413 μεταξὺ δὲ τῶν ἀγώνων ὄντων ἔφθασε καὶ ὁ Σαΐν σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ. συμβαλὼν δὲ καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ὁ βασιλεύς, καὶ τοῦτον τρέψας πολλοὺς ἀνεῖλε καὶ τοὺς λοιποὺς διέσπειρε φεύγοντας, παρέλαβε δὲ καὶ τὸ τοῦλδον αὐτῶν.

Ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς ἑνωθεὶς τῷ Σαΐν ἐπισυνῆξε τοὺς ὑπολειφθέντας βαρβάρους, καὶ πάλιν διενοοῦντο κατὰ τοῦ βασιλέως χωρεῖν. ὁ δὲ Ἡράκλειος ἐπὶ τὴν τῶν Οὔννων χώραν καὶ ταῖς τούτων δυσχωρίαις ἤλαυνεν ἐν τόποις τραχέσι καὶ δυσβάτοις. οἱ δὲ βάρβαροι ὀπίσω αὐτοῦ ἠκολούθουν. οἱ μέντοι Λαζοὶ ἅμα τοῖς Ἀβασγοῖς δειλιάσαντες ἀπέσπασαν ἑαυτοὺς τῆς τῶν Ῥωμαίων B συμμαχίας καὶ οἴκαδε ἀνεχώρησαν. ὁ δὲ Σαΐν ἡσθεὶς ἐπὶ τούτῳ θυμῷ πολλῷ σὺν τοῖς βαρβάροις ἐχώρει κατὰ Ἡρακλείου. ὁ δὲ βασιλεὺς λόγοις τὸν στρατὸν ἀναπτερώσας παρῄνει λέγων "τὸ πλῆθος ὑμᾶς, ἀδελφοί, μὴ ταραττέτω· θεοῦ γὰρ θέλοντος εἷς

id incubuerunt, ut cum Heraclio confligerent prius quam Sais superveniens ad sese victoriae laudem transferret. fidem quoque transfugarum sermoni habentes ad Heraclium accesserunt, et in propinquo castra posuerunt, in animo habentes prima luce manum conserere. Heraclius autem motis sub vesperam castris per totam noctem iter fecit, proculque ab hostibus in campum virentem progressus ibi castra posuit. quem barbari prae metu fugisse rati confuso agmine persecuti sunt. Heraclius autem iis occurrit, pugnaque commissa divinitus adiutus eos fudit, insecutusque per convalles magnam stragem hostium edidit. durante adhuc eo certamine Sainus quoque suo cum exercitu supervenit: sed et hunc fudit Heraclius. multaque caede hostium facta palantes reliquos in fuga dissipavit, capto etiam tuldo hostium.

Inde Sarbarazas cum Saino coniungit se, cumque reliquos barbaros collegissent, denuo adoriri Heraclium statuunt. verum is per aspera et transitus difficiles habentia loca ad Hunnorum regionem contendit, insequentibus a tergo barbaris, cum quidem Lazi et Abasgi formidine correpti desertis Romanis domum discesserunt. quo facto delectatus Sainus audacter cum suis in Heraclium ivit. imperator autem animos suorum tali oratione excitavit. "nolite, fratres, hostium multitudine terreri: unus enim nostrum, deo ita volente, mille viros fugabit.' im-

διώξει χιλίους. θύσωμεν οὖν τῷ θεῷ ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν σωτηρίας. λάβωμεν στέφη μαρτύρων, ἵνα ὁ μέλλων ἡμᾶς ἐπαινέσῃ χρόνος." τούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσι παραθαρρύνας τὸν στρατὸν φαιδρῷ τῷ προσώπῳ ἐξαρτύει τὸν πόλεμον. καὶ στάντες ἐπ' ἀλλήλοις ἀπὸ μικροῦ διαστήματος ἕωθεν
C μέχρις ἑσπέρας ἀλλήλοις οὐ συνέβαλον. ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης ὁ βασιλεὺς τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο, καὶ οἱ βάρβαροι πάλιν ὀπίσω αὐτοῦ ἠκολούθουν. ἐναλλάξαντες δὲ τὴν ὁδόν, προλαβεῖν τοῦτον βουλόμενοι, ἐμπίπτουσιν εἰς τόπον τελματώδη, καὶ ἠναγκάσθησαν ἐξελθεῖν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν γῆν Περσαρμενίας παρέτρεχε. τῆς γῆς δὲ ἐκείνης ὑπὸ τῶν Περσῶν κρατουμένης πολλοὶ συνέτρεχον τῷ Σαρβαραζᾷ, καὶ ηὔξειτο ὁ λαὸς αὐτοῦ· χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου ἐσκορπίσθη ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον. τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς διενοεῖτο ἐν νυκτὶ κλέψαι τὸν πόλεμον. καὶ ἐπιλεξάμενος ἵππους εὐσθενεῖς, καὶ τοῦ στρατοῦ τοὺς ἀν-
D δρειοτέρους διελών, προάγειν τοὺς μὲν ἐκέλευσε κατὰ τοῦ βαρβάρου, αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἑτέροις ὀπίσω τούτων εἵπετο. σπεύσαντες δὲ κατέλαβον χωρίον Ἀλβανῶν ὥρᾳ θ' τῆς νυκτός. τῶν δὲ Περσῶν γνόντων τὴν ἔφοδον καὶ ὁρμησάντων κατ' αὐτῶν, οἱ Ῥωμαῖοι τούτους πάντας ἀνεῖλον, πάρεξ ἑνὸς τὸ τοῦ λόγου πυρφόρου, ὃς καὶ τῷ βαρβάρῳ ἐμήνυσεν. ὁ δὲ βάρβαρος γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος ἵππῳ ἐπιβὰς φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίζετο. τούτου τὰς γυναῖκας καὶ πᾶν τὸ Περσικὸν ἄνθος, ἄρχοντάς τε καὶ σατράπας καὶ στρατιώτας ἐπιλέκτους καταλαβὼν ἀνελθόντας ἐπὶ

molemus nos deo pro fratrum nostrorum salute, coronasque martyrum adipiscamur, ut posteritas nos laudet." his aliisque pluribus cohortatus suos laeto vultu aciem instruit. constiterunt adversae acies exiguo interiecto spatio, et usque ad vesperam conflictu abstinuerunt. vespera ingruente imperator in itinere perrexit, rursum barbaris a tergo sequentibus. qui cum mutata profectione antevertere conarentur, inciderunt in palustria loca, indeque exire rursus coacti sunt. imperator autem cum iuxta Persarmeniam duceret, eaque regio Persis subesset, multi ex ea ad Sarbarazam profecti copias eius auxerunt: sed hieme appetente domum quisque suam discesserunt. eo comperto Heraclius noctu statuit hostes aggredi. itaque delectos equites robore praestantissimos et militum fortissimos praecedere iubet, ipse cum reliquis subsequitur. ita Romani festinantes castellum Albanorum hora noctis nona occupant. quibus cum Persae, adventu eorum cognito, occurrerent, occidione a Romanis caesi sunt, solo, ut proverbio dici solet, facigero superstite, qui cladem barbaro indicavit. barbarus nudus et sine calceis equo insiluit, fugaque sibi consuluit. huius uxores et Persicum florem omnem, principesque et satrapas et delectos milites, cum super tecta domorum

τῶν δωμάτων καὶ πόλεμον κροτοῦντας, διὰ πυρὸς καθῆλε, καὶ οὓς μὲν ἔκτεινεν, οὓς δὲ πυρὶ ἀνάλωσεν, οὓς δὲ αἰχμαλώτους ἔλαβεν· ὀλίγοι δὲ πάνυ φυγόντες ἐσώθησαν. ἔλαβε δὲ καὶ τὰ ὅπλα τοῦ βαρβάρου, τήν τε χρυσῆν ἀσπίδα καὶ μάχαιραν καὶ P 414 δόρυ, καὶ τὴν χρυσῆν καὶ διάλιθον ζώνην καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ. ταῦτα δὲ λαβὼν χωρεῖ κατὰ τῶν διεσπαρμένων ἐν τοῖς χωρίοις, οὓς καὶ διώξας πολλοὺς ἔκτεινε καὶ δεσμίους ἔλαβεν. εἶτα ἐπισυνάξας τὸ ἑαυτοῦ στρατόπεδον μετὰ χαρᾶς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις παρεχείμασε.

Τῷ ιέ ἔτει ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος μετὰ τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ τὴν τῶν Σύρων ὁδὸν τὴν ἐπὶ τῷ Ταύρῳ ὑπερβάς, ἐν ἑπτὰ ἡμέραις κόπῳ πολλῷ καταλαμβάνει τὸν Τίγριν ποταμόν, εἶτα τὴν Μαρτυρόπολιν καὶ τὴν Ἄμιδαν· καὶ διαναπαύονται ὅ τε στρατὸς καὶ ἡ αἰχμαλωσία. ἐντεῦθεν γράμματα πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐξαπέστειλεν ὁ βασιλεύς, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν πάντα ἐδήλωσε, καὶ B χαρὰν τῇ πόλει ἐνεποίησεν. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς ἐπῆλθε κατ' αὐτοῦ. ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἴλην στρατιωτῶν ἀπέστειλε φυλάττειν τὰς πρὸς αὐτὸν ἀγούσας κλεισούρας, καὶ αὐτὸς τὰς πρὸς ἀνατολὴν ἐκδραμὼν διεξόδους ἀντιπρόσωπος ᾔει τοῖς βαρβάροις, καὶ περάσας τὸν Νυμφίον ποταμὸν κατέλαβε τὸν Εὐφράτην, ἐν ᾧ ἡ πλεκτὴ γέφυρα ἐκ σχοινίων καὶ ἐρίων ἦν, ἣν ὁ Σαρβαραζᾶς λύσας ἐπὶ τὴν ἑτέραν γῆν πᾶσαν μετήγαγε. παραδραμὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν ποταμὸν εὗρε πόρον, καὶ ἀκινδύνως τοῦτον ἐπέρασε παραδόξως τῷ Μαρτίῳ μηνί. καὶ καταλαβὼν τὰ Σαμόσατα, πάλιν

confugisse ac defensionem moliri videret, igne coniecto depulit, aliosque interfecit, quosdam cremavit, reliquos cepit, perpaucis fuga elapsis. potitus est etiam armis barbari, aureo scuto et gladio et hasta ac cingulo aureo gemmato et calceis. inde in eos duxit qui per agros dispersi erant; eosque insecutus multos occidit, multos cepit. exin contractis hilari animo copiis ibi hiemavit.

Anno 15 Heraclius cum exercitu, itinere quod per Taurum montem in Syriam ducit superato, septimo die post exhaustum magnum laborem ad Tigrim fluvium pervenit. inde per Martyropolin et Amidam urbes itinere facto exercitum et captivos quiete refecit. indeque literas de rebus suis Byzantium misit, quae magnum in urbe gaudium excitaverunt. Sarbarazas porro adversus eum tendebat. ideo Heraclius misso militum agmine claustra, quibus ad eum iter erat, servare iubet; et ipse per exitus profectus qui versus Orientem sunt, adversum se barbaris fert. tum Nymphio amne traiecto ad Euphraten pervenit. erat is ponte ex funibus et lana contexto instratus; quem Sarbarazas solutum in alteram partem totum transtulit. ceterum Heraclius vadum fluminis reperit, dum ad ripam eius decurrit: itaque praeter omnium opinionem Euphraten transit mense Martio. inde occupatis Samosatis rursum Tau-

τὸν Ταῦρον διαβὰς εἰς Γερμανίκειαν ἀφίκετο, καὶ περάσας τὴν C Ἄδαναν ἦλθεν εἰς τὸν Ταῦρον ποταμόν. ὁ δὲ Σαρβαραζᾶς τὴν γέφυραν πάλιν ἐκτείνας τὸν Εὐφράτην ἐπέρασε καὶ ἠκολούθει ὀπίσω αὐτοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς περάσας τὸν Σάρον διανέπαυσε τὸν στρατόν. καταλαμβάνει δὲ καὶ ὁ βάρβαρος εἰς τὸ ἀντίπεραν μέρος. εὑρὼν δὲ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν γέφυραν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ προπύργια κρατηθέντα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἠπλήκευσεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀτάκτως ἐκτρέχοντες διὰ τῆς γεφύρας πολὺν φόνον ἐποιοῦντο Περσῶν· οἷς ὁ βασιλεὺς παρῄνει μὴ ἐκτρέχειν ἀτάκτως, μήπως γένωνται τοῖς ἐναντίοις ὁδός. οἱ δ' οὐκ ἐπείθοντο, καὶ μετ' οὐ πολὺ δίκην ἔτισαν τῆς παρακοῆς, τοῦ βαρβάρου ἐνέδρας κατ' αὐτῶν ποιησαμένου. οὓς ὁ βασιλεὺς ἑωρακὼς ἀναιρουμένους D συνεπημύνατο. ἀνὴρ δέ τις γιγαντιαῖος μέσον τῆς γεφύρας τῷ βασιλεῖ συναντήσας προσέβαλεν· ὃν καὶ πατάξας ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ῥείθρῳ ἔρριψεν. οὗ πεσόντος οἱ βάρβαροι εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, καὶ τῷ στενωπῷ τῆς γεφύρας εἰς τὸν ποταμὸν ἐρριπτοῦντο. ἄλλοι δὲ ξίφεσιν ἀνῃροῦντο, τοῦ βασιλέως μετ' ὀλίγων τινῶν γενναίως ἀπομαχομένου ὑπὲρ ἄνθρωπον, ὡς καὶ τὸν Σαρβαραζᾶν ἐκπλαγῆναι καὶ πρός τινα μαγαρίτην εἰπεῖν "ὁρᾷς τὸν Καίσαρα, ὦ Κοσμᾶ, πῶς θρασὺς πρὸς τὴν μάχην ἵσταται καὶ πρὸς τοσοῦτον πλῆθος μόνος ἀγωνίζεται;" ἐκ γὰρ τῶν βασιλικῶν P 415 παρασήμων ἐγνωρίζετο. καταλαβούσης δὲ τῆς ἑσπέρας ἀπ' ἀλ-

8 προπύρσια P

rum transit et Germaniciam pervenit, Adanaque peragrata ad Taurum amnem accedit. interim Sarbarazas rursum ponte extento Euphraten traiicit Romanosque insequitur. imperator Saro transmisso exercitum quiete relaxat. venit et barbarus ad alteram fluminis partem, cumque cerneret amnem pontem et propugnacula in eo a Romanis occupata, castra posuit. Romani porro incomposito agmine per pontem excurrentes multos Persas interfecerunt, nequicquam imperatore monente ne ita nullo ordine evagarentur atque insidiis se hostium exponerent. itaque non multo post a Persis per insidias circumventi poenas suae contumaciae ac temeritatis dederunt. ipse tunc imperator suis in periculo constitutis opem tulit, ac quendam gigantiformem in medio pontis secum congressum feriit inque profluentem deturbavit. cuius casu reliqui etiam barbari territi cum fugam facerent, obsistente pontis angustia, alii in amnem deiecti, alii gladiis interfecti sunt. imperator eo tempore paucis quibusdam stipatus pugnam obiit, fortitudine quam pro hominis natura maiore, adeo quidem ut Sarbarazas admiratione perculsus cuidam Magaritae dixerit "videsne, o Cosma, Caesarem?" agnoscebatur autem insignibus imperatoriis. "quanta is audacia praelium subsistit, solusque contra tantam multitudinem certat?" nox superveniens prae-

λήλων διέστησαν, καὶ ὁ βάρβαρος φοβηθεὶς διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τοὐπίσω ὑπέστρεψεν, ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ πρὸς Σεβάστειαν ὥρμησε, καὶ τὸν Ἅλυν περάσας ἐκεῖ παρεχείμασεν. ὁ δὲ Χοσρόης μανεὶς ἔλαβε τὰ κειμήλια πασῶν τῶν ὑπὸ Πέρσας ἐκκλησιῶν, καὶ ἠνάγκαζε τοὺς Χριστιανοὺς κοινωνῆσαι τῇ τοῦ Νεστορίου θρησκείᾳ, πρὸς τὸ πλῆξαι τὸν βασιλέα.

Τῷ ιϛ' ἔτει ὁ Χοσρόης νέαν ἐποιήσατο στρατιὰν ἀπό τε ξένων καὶ πολιτῶν καὶ οἰκετῶν καὶ παντὸς γένους. καὶ ἐκ τούτων ἐκλεξάμενος καὶ τῷ Σαῒν παραδοὺς στρατηγῷ, ἄλλας τε ν' χιλιάδας ἐκ τῆς φάλαγγος τοῦ Σαρβάρου τούτοις συνῆψεν, οὓς καὶ B χρυσολόχας ὠνόμασε, καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως ἀπέστειλε. τὸν δὲ Σάρβαρον σὺν τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ στρατεύμασι κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἔπεμψεν, ὅπως τοῖς ἐκ δύσεως Οὔννοις, οὓς καὶ Ἄβαρας καλοῦσι, μετὰ καὶ Σθλαβίνων καὶ Γηπέδων συμφωνήσας κατὰ τῆς πόλεως χωρήσωσι καὶ ταύτην πολιορκήσωσι. γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν εἰς τρεῖς διαιρέσεις ἐχώρισε, καὶ τοὺς μὲν ἔπεμψεν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως, τοὺς δὲ παραδοὺς Θεοδώρῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ κατὰ τοῦ Σαῒν πολεμεῖν ἐκέλευσε. τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτὸς λαβὼν ἐπὶ Λαζικὴν ἐχώρει, καὶ τοὺς Τούρκους τῆς ἑῴας, οὓς καὶ Χαζάρους ὀνομάζουσιν, εἰς συμμαχίαν ἐκάλει. ὁ δὲ Σαῒν σὺν τῷ νεολέκτῳ στρατῷ τὸν τοῦ βασιλέως ἀδελφὸν Θεόδωρον καταλαβὼν πρὸς πόλεμον ὡπλίσατο. C τοῦ δὲ θεοῦ διὰ πρεσβειῶν τῆς θεοτόκου συνεργήσαντος, πολέμου κροτηθέντος χάλαζα παραδόξως κατὰ τῶν βαρβάρων κατηνέχθη

lium diremit. barbarus autem sibi metuens retro abiit. imperator porro suos ad Sebasteam adducit, ac traiecto Haly flumine ibi hiemat. at Chosroes insania percitus donaria omnium ecclesiarum quae sub Persis erant abstulit; utque Heraclio aegre faceret, Christianos omnes ad societatem Nestorianae religionis adegit.

Anno decimo sexto Chosroes novum conscribit exercitum de peregrinis, civibus et servis, omnique hominum sorte. ex his delectos Saino ducendos mandat, additis de Sarbari exercitu 50 milibus, quos et Chrysolochas nominat, quasi aureum agmen, eumque adversus Heraclium mittit. Sarbarum cum reliquis copiis ad Cpolin proficisci iubet, ut initis pactis cum Hunnis occidentalibus, qui et Avares nominantur, ac Slavinis et Gepidis, urbem obsidere atque oppugnare curet. his perceptis Heraclius in tres partes suum exercitum dividit. harum unam urbi praesidio mittit, alteram Theodoro fratre suo duce adversus Sainum rem gerere iubet: ipse cum tertia Lazorum dicionem petit Turcorumque orientalium, quos et Chazaros appellant, auxilia ambit. Sainus cum recenti suo exercitu in Theodorum Heraclii fratrem incidens ad pugnam se parat. qua conserta impetratum est dei auxilium deiparae intercessione, ita ut grando inopinata in barbaros deferretur multosque eorum

καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἐπάταξεν, ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων παράταξις γαλήνης ἀπήλαυσε. τρέπουσι δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς Πέρσας, καὶ ἀναιροῦσι πλήθη πολλά. ὅπερ μαθὼν ὁ Χοσρόης ὀργίζεται κατὰ τοῦ Σαΐν, ὃς ἐκ πολλῆς ἀθυμίας νόσῳ περιπεσὼν τελευτᾷ. τούτου τὸν νεκρὸν Χοσρόης πολλαῖς αἰκίαις ὑπέβαλεν. οἱ δὲ Χάζαροι διαρρήξαντες τὰς Κασπίας πύλας τῇ Περσίδι εἰσβάλλουσιν ἐν τῇ
D χώρᾳ τοῦ Ἀνδροηγᾶ σὺν τῷ στρατηγῷ αὐτῶν Ζεβεήλ, δευτέρῳ ὄντι τοῦ χαγάνου τῇ ἀξίᾳ· καὶ ἐν οἷς ἂν τόποις διέβαινον, τούς τε Πέρσας ᾐχμαλώτευον καὶ τὰς κώμας καὶ πόλεις πυρὶ παρεδίδουν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπάρας ἀπὸ Λαζικῆς τούτοις συνήντησεν. ὁ δὲ Ζεβεὴλ μετὰ πολλῆς ἀγάπης καὶ χαρᾶς ἠσπάσατο τὸν βασιλέα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. προσήνεγκε δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ πρὸς συμμαχίαν, καὶ αὐτὸς ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν. λαβὼν δὲ τούτους ὁ βασιλεὺς κατὰ Χοσρόου ἐχώρει. ὁ δὲ Σάρβαρος τῇ Χαλκηδόνι προσβαλών, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἄβαρες ἐκ τῆς Θρᾴκης τῇ πόλει πλησιάσαντες, ταύτην ἑλεῖν ἐβούλοντο, μηχανὰς
P 416 κατ' αὐτῆς ποιήσαντες. πλῆθός τε ἄπειρον καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον ἐκ τοῦ Ἴστρου ἐνέγκαντες σκαφῶν γλυπτῶν τὸν κόλπον τοῦ Κέρατος ἐπλήρωσαν. δέκα δὲ ἡμέρας τῇ πόλει παραταξάμενοι διά τε γῆς καὶ θαλάσσης τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ συνεργίᾳ καὶ τῇ τῆς ἀχράντου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου πρεσβείᾳ ἡττήθησαν, καὶ πλήθη πολλὰ ἀποβαλόντες ἔν τε γῇ καὶ θαλάσσῃ μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ὑπέστρεψαν. τοιοῦτον γὰρ συνέβη αὐτοῖς. εἶδον οἱ

22 ἀποβάλλοντες P

feriret, cum interim omnis tempestatis expers esset Romanus exercitus. fusi eo praelio sunt a Romanis Persae, magnaque clade affecti. Chosroes ea de causa gravem in Sainum iram concepit; atque hic prae maerore in morbum incidit, eoque est exanimatus. in cadaver Chosroes variis contumeliis desaeviit. ceterum Chazari perruptis Caspiis portis in Persidem impressionem faciunt, in Androegae regionem, duce Zebeelo, qui dignitate erat a Chagano proximus. quacunque eos impetus tulit, Persas captivos abducunt, pagos urbesque incendunt. his Heraclius ex Lazis movens occurrit, estque cum suo exercitu peramice et hilariter a Zebeelo salutatus; qui filium suum belli socium imperatori relinquens domum versus abiit. imperator his auctus auxiliis in Chosroem contendit. interim Sarbarus Chalcedonem adoritur. et Avares ex Thracia effusi Cpolin obsident, machinis ad oppugnandum aptatis; accitaque innumera sculptarum navium ex Istro multitudine sinum qui in cornu erat iis opplent. cum autem per decem dies terra marique urbem oppugnassent, vi et auxilio dei ac inviolatae virginis deiparae intercessione victi, amissis terra marique ingenti numero suis, magno cum dedecore discesserunt. tale enim eis quippiam usu venit. viderunt bar-

βάρβαροι πρωΐας οὔσης καὶ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος ἀπὸ τῆς πόρτης τῶν Βλαχερνῶν ἐξελθοῦσαν γυναῖκα περιφανῆ, μετὰ καὶ εὐνούχων τινῶν. ὑπολαβόντες δὲ τὴν βασίλισσαν εἶναι τὴν τοῦ Ἡρακλείου γυναῖκα, καὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐξέρχεσθαι B εἰρήνης ἕνεκα διὰ τὸ μὴ εἶναι τὸν βασιλέα ἐν τῇ πόλει, πάροδον αὐτῇ ἐποίησαν, ἵνα καὶ λαὸς ἕτερος ἐξελθὼν ὑποχείριος αὐτοῖς γένηται. εἶτα ὡς εἶδον αὐτὴν τὴν τοῦ φοσσάτου περιοχὴν ἐξελθοῦσαν καὶ μὴ ἀπελθοῦσαν πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, διώκουσιν ὄπισθεν αὐτῆς· καὶ ὡς δῆθεν ἐπλησίασαν αὐτῇ κατὰ τόπον τῆς λεγομένης παλαιᾶς πέτρας, αὐτὴ μὲν καὶ οἱ σὺν αὐτῇ ἄφαντοι γεγόνασιν, αὐτοὶ δὲ ἀλλήλοις συμπλακέντες θορύβου μεστὸν ποιοῦσι τὸ πλῆθος καὶ ἀλλήλους κατασφάζουσιν ἕως ἑσπέρας. πρωΐας δὲ γενομένης τὴν αἰτίαν ζητήσας ὁ ἄρχων αὐτῶν, ἐπεὶ τὸ πλεῖον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἐμφυλίως ἀναλωθὲν εὗρεν, ὑποστρέφει μετ' αἰσχύνης εἰς τὰ ἴδια. οἱ δὲ τοῦ πλοΐμου καὶ αὐτοὶ τούτους C ἰδόντες ὑποχωρήσαντας εὐθέως ἀνεχώρησαν· οὓς κατὰ τὸν Εὔξεινον πόντον ζάλη καταλαβοῦσα ὀλίγους τινὰς ἀπελθεῖν εἰς τὰ ἴδια ἀφίησιν. ὁ δὲ Σάρβαρος ἐπὶ τούτοις ἀχθεσθεὶς ὅμως τὴν Χαλκηδόνα παρακαθήμενος οὐ μετέστη, ἀλλ' αὐτοῦ ἐχείμασε, πραιδεύων τὰ περατικὰ μέρη καὶ ἀφανίζων τὰς πόλεις αὐτῶν.

Τῷ ιζ' ἔτει εἰσβαλὼν ἐν Περσίδι ὁ Ἡράκλειος σὺν τοῖς Τούρκοις ἀπροσδοκήτως διὰ τὸν χειμῶνα εἰς ἔκστασιν ἐνέβαλε τὸν Χοσρόην. οἱ δὲ Τοῦρκοι τόν τε χειμῶνα ὁρῶντες καὶ τὰς συνεχεῖς ἐκδρομὰς τῶν Περσῶν, τῷ τε βασιλεῖ μὴ φέροντες συγκο- D

19 παιδεύων P

bari prima luce, cum sol oriretur, mulierem quandam illustrem eunuchis comitatam porta Blachernarum exeuntem. quam cum opinarentur Heraclii uxorem esse, et ad suum principem ob mariti absentiam ire pacis petendae causa, transitum ei concesserunt, subsequentem ex urbe hominum turbam ipsi adorturi. ut vero fossae ambitum egressam non ire ad principem viderunt, insecuti sunt usque apud locum cui Veteris saxi nomen est: ibi cum fere iam essent assecuti, illa cum suis ex oculis et conspectu eorum evanuit. ipsi autem tumultu concitato inter se congressi ad vesperam usque mutuo strages ediderunt. mane insequentis diei dux causam inquirens, quod maiorem suorum partem intestino conflictu periisse videret, turpiter domum rediit. statim quoque classis ab obsidione recessit; quam domum revertentem in Euxino mari oborta tempestas ita afflixit ut perpauci ad suos redierint. Sarbarus, tametsi haec ei molesta acciderant, tamen obsidionem Chalcedonis non solvit, sed hiemavit ibi, populans transmarina et urbes evertens.

Anno decimo septimo hieme in Persidem Heraclius cum Turcis ingressus improviso Chosroem perterruit. sed Turci hiemem ac crebras Persarum excursiones aegre ferentes, neque tolerandis aerumnis socios

πιᾶν, ἤρξαντο κατ' ὀλίγον ὑπορρέειν, καὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν. ὁ δὲ βασιλεὺς διελάλησε τῷ λαῷ αὐτοῦ, λέγων "γνῶτε, ἀδελφοί, ὅτι οὐδεὶς ἡμῖν συμμαχῆσαι θέλει, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ θεὸς καὶ ἡ τοῦτον τεκοῦσα ἀσπόρως θεοτόκος. τοῦτο δὲ γίνεται ὅπως δείξῃ ἐν ἡμῖν καὶ πᾶσι τούτοις τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν, καταπέμψας ἡμῖν τὴν αὐτοῦ βοήθειαν." ὁ δὲ Χοσρόης ἐπισυνάξας πάντα τὰ στρατεύματα αὐτοῦ προβάλλεται αὐτοῖς στρατηγὸν Ῥαζάστην, ἄνδρα πολεμικώτατον καὶ ἀνδρεῖον, καὶ κατὰ Ἡρακλείου πέμπει. ὁ δὲ βασιλεὺς τάς τε πόλεις καὶ κώμας Περσίδος ἐπυρπόλει, καὶ τοὺς κρατουμένους Πέρσας ἀνεῖλεν ἐν
P 417 ῥομφαίᾳ. τῷ Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ κατέλαβεν εἰς τὴν χώραν Χαμαϊθᾶ, καὶ διανέπαυσε τὸν λαὸν ἑβδομάδα μίαν. ὁ Ῥαζάστης δὲ ἐλθὼν ἠκολούθει ὄπισθεν, καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀναλισκόντων τὰς τροφὰς ὄπισθεν αὐτὸς πεινῶν ἠκολούθει, ὡς πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διαφθαρῆναι. ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ πρώτῃ τοῦ Δεκεβρίου μηνὸς διαβὰς τὸν Ζαβᾶν ποταμὸν πλησίον τῆς πόλεως Νινευὶ κατεσκήνωσε. κατέλαβε δὲ καὶ ὁ Ῥαζάστης. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποστέλλει Βοάνην τὸν στρατηλάτην μετ' ἐπιλέκτων στρατιωτῶν ὀλίγων. ὁ δὲ εὗρε βάνδον τῶν Περσῶν, ἐξ ὧν κϛ' κρατήσας ἤνεγκε πρὸς τὸν βασιλέα, τοὺς ἄλλους φονεύσας. ἤνεγκε δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ κόμητος αὐτῶν καὶ τὸ σπαθίον αὐτοῦ ὁλόχρυσον καὶ τὸν σπαθά-
B ριον τοῦ Ῥαζάστου, ὃς καὶ εἶπε τῷ βασιλεῖ ὅτι ὡρισμένος ἐστὶν ὁ Ῥαζάστης πολεμῆσαί σοι, καὶ τρισχιλίους ὡπλισμένους ἀπέστειλεν αὐτῷ Χοσρόης, ἀλλ' ἀκμὴν οὐκ ἔφθασαν. ταῦτα μαθὼν ὁ βα-

se imperatori praebere sustinentes, paulatim ex castris dilabi, tandemque universi desertis Romanis domum reverti coeperunt. tum imperator suos ita est allocutus. "videtis, fratres, neminem nobis adesse velle praeter unum deum et quae eum sine semine peperit virginem. ideo fit ut caelitus nobis misso auxilio in nobis ac omnibus istis suam demonstret potentiam." Chosroes omnibus suis exercitibus contractis praeficit Razasten, virum bellicosissimum ac insigni fortitudine, eumque adversus Heraclium mittit. Heraclius pagis urbibusque Persidis igne evastatis, et Persis, quos cepisset, gladio interfectis, Octobri mense Chamaitha regionem occupat, ibique 7 dierum quiete exercitum reficit. insequebatur a tergo Razastes, sed, quod Romani alimenta omnia absumebant, fame urgebatur, eaque multa ipsius iumenta peribant. prima Decembris die Heraclius Zaba flumine traiecto haud procul Ninive castra metatur; eodemque Razastes supervenit. tum imperator Boanem exercitus ducem cum delectis militibus paucis emittit. is in bandum Persicum incidens, reliquis occisis, 26 captos ad Heraclium adducit, afferens una caput comitis eorum et eius pugionem ex solido auro, ac Razastae armigerum. hic indicat Heraclio decrevisse Razastem praelio congredi, ac tria armatorum milia ei a Chosroe missa, nondum tamen

σιλεὺς προαπέστειλε τὸ τοῦλδον ἔμπροσθεν καὶ αὐτὸς ἐπηκολούθει. εὑρὼν δὲ τόπον ἐπιτήδειον ἠθέλησε συμβαλεῖν πόλεμον μετὰ Ῥαζάστου πρὸ τοῦ ἑνωθῆναι τοῖς τρισχιλίοις. καὶ προπηδήσας πάντων ὁ βασιλεὺς ἄρχοντι μεγάλῳ τῶν Περσῶν συναντᾷ, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ τῆς θεοτόκου καταβάλλει τοῦτον. εἶτα καὶ δεύτερον ὁμοίως καὶ τρίτον, ὅστις ἔδωκε τῷ βασιλεῖ μετὰ δόρατος εἰς τὸ χεῖλος. μάχης οὖν κροτηθείσης σφοδρᾶς πίπτει ὁ Ῥαζάστης καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ σχεδὸν πάντες καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ C
στρατοῦ αὐτοῦ. ἔπεσον δὲ Ῥωμαῖοι πεντήκοντα, ἐξ ὧν δέκα ἀπέθανον. ἵστατο δὲ ὁ πόλεμος ἀπὸ πρωΐας ἕως ὥρας ἑνδεκάτης, καὶ τροπὴ οὐκ ἐγένετο. καὶ τὴν μὲν νύκτα ἡσύχασαν, περὶ ὥραν δὲ η′ τῆς νυκτὸς λαβόντες οἱ Πέρσαι τὸ φοσσάτον αὐτῶν ἠπλήκευσαν εἰς πόδας ὄρους τραχεινοῦ ἔμφοβοι. οἱ Ῥωμαῖοι δὲ εὑρόντες τὸν τοῦ Ῥαζάστου νεκρὸν ἔλαβον τὸ σκουτάριον αὐτοῦ ὁλόχρυσον καὶ τὸ λωρίον καὶ τὰ βραχιόνια αὐτοῦ καὶ τὴν σέλλαν, πάντα ὁλόχρυσα, καὶ τὸ σκαραμάγγιον αὐτοῦ. κατεσχέθησαν δὲ καὶ ζῶντες πολλοί. ὁ δὲ βασιλεὺς θαρσοποιήσας τὸν στρατὸν κατὰ Χοσρόου ἤλαυνεν, ὅπως τοῦτον ἐκφοβήσας πείσῃ ἀποστεῖ- D
λαι πρὸς Σάρβαρον ἀναχωρῆσαι τοῦ Βυζαντίου. διαπεράσας δὲ ὁ βασιλεὺς τὰς γεφύρας τοῦ μικροῦ Ζαβᾶ κατεσκήνωσεν εἰς τοὺς οἴκους τοῦ Ἰεσδεμόν, ἑορτάσας ἐν αὐτοῖς τὴν Χριστοῦ γέννησιν. ἐκεῖθεν δὲ διελθὼν ὁ βασιλεὺς κατέλαβον ἕτερον παλάτιον τοῦ Χοσρόου λεγόμενον Ῥοῦσα, καὶ τοῦτο κατέστρεψεν. ἐξ ἐκείνου

advenisse. his cognitis imperator tuldum praemittit, atque ipse subsequitur; nactusque locum opportunum statuit pugnam committere, priusquam ad Razastem tria ista milia accederent. ita ante alios omnes prosiliens ductori cuidam Persarum vasto homini occurrit, eumque dei et deiparae auxilio deiicit: tum alium ac porro tertium, qui ei hasta labium sauciarat. ita tum acri praelio conserto, Razastes, ac qui cum eo erant ductores, prope omnes ceciderunt, maiorque exercitus eorum pars. de Romanis ceciderunt quinquaginta, ex quibus decem mortui sunt. duravit pugna a prima luce usque ad vesperam, ac neutri loco cesserunt. nox ea quieta fuit. sed circa horam noctis octavam Persae suis rebus diffidentes evulsum vallum in montis asperi pedem transtulerunt. Romani invento Razastae cadavere clypeum eius totum aureum, tum loricam et brachiorum integumenta ac sellam, omnia ex solido auro confecta, abstulerunt, nec non scaramangium eius. multi etiam Persae vivi in potestatem hostium venerunt. imperator postquam suorum militum animos oratione confirmavit, in Chosroen ducit, uti hunc terrore obiecto eo adigat ut is ab obsidione Byzantii Sarbarum revocet. transgressus ergo parvi Zabae pontes in aedibus Iesdemonis divertit, ibique Christi natalem celebravit. hinc ad aliud Chosroae palatium venit, quod Rusa dicebatur, idque evertit. inde aliud occupat palatium, nomine

δὲ εἰς ἕτερον κατέλαβε παλάτιον τὸ λεγόμενον Βεκλάμ, ἐν ᾧ καὶ ἱπποδρόμιον ἦν καὶ στρουθιῶνες τρεῖς σιτευτοὶ καὶ δορκάδες φ' καὶ σύαγροι ρ', πρόβατα δὲ καὶ χοῖροι καὶ βόες ὧν οὐκ ἦν ἀριθμός.
P 418 καὶ πάντα δέδωκε τῷ λαῷ. τινὲς δὲ τῶν συνόντων τοῖς Πέρσαις Ἀρμενίων προσῆλθον τῷ βασιλεῖ λέγοντες ὅτι ὁ Χοσρόης μετὰ τῶν ἐλεφάντων καὶ τοῦ ἰδίου στρατοῦ πλησίον τοῦ παλατίου αὐτοῦ Δυσταγέρδη κατεσκήνωσεν, ἐκδεχόμενος συναχθῆναι πάντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ τοῦ πολεμῆσαί σοι. καὶ εὐθέως πυρπολήσας πάντα ὁ βασιλεὺς ἔρχεται πλησίον τοῦ παλατίου αὐτοῦ Δυσταγέρδη, ἐν ᾧ καὶ εὗρε βάνδα Ῥωμαίων, ἅπερ ἐν διαφόροις χρόνοις ἔλαβον οἱ Πέρσαι, καὶ εἴδη τινά, οἷον ἀλόην πολλὴν καὶ ξύλα μεγάλα ἀλόης, μέταξάν τε καὶ πέπερι καὶ καρβάσια καμίσια ὑπὲρ ἀριθμόν, σάχαρ καὶ ζιγγίβερ καὶ ἄσημον, ὁλοσηρικά τε ἱμάτια,
B νακοτάπητά τε καὶ τάπητας ἀπὸ βελόνης, πλῆθος πολύ. ταῦτα διὰ τὸ βάρος κατέκαυσαν. προσέφυγον δὲ τῷ βασιλεῖ πολλοὶ αἰχμάλωτοι, Ἐδεσηνοὶ καὶ Ἀλεξανδρηνοὶ καὶ ἀπὸ ἄλλων ἐθνῶν πλῆθος πολύ. ἐποίησε δὲ ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων θεοφανίων, καταστρέφων τὰ τοῦ Χοσρόου παλάτια ὑπέρτιμα καὶ θαυμαστὰ καὶ ἐκπλήξεως γέμοντα ἕως ἐδάφους, ἵνα μάθῃ, φησίν, ὁ Χοσρόης οἷον πόνον εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τῶν πόλεων αὐτῶν πυρπολουμένων ὑπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ Χοσρόης πρὸ τοῦ καταλαβεῖν τὸν βασιλέα εἰς Δυσταγέρδην τρυπήσας τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἐξῆλθεν ἀγνοούντων πάντων μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ. καὶ ὁ μὴ δυνάμενος ποιῆσαι εἰς ὁδὸν μίλια πέντε

Beclamum. in eo erat circus et altiles struthiones tres, capreae quingentae, apri centum, multitudo innumera ovium porcorum et boum. haec omnia populo dedit. quidam vero Armenii, qui cum Persis degebant, ad Heraclium se conferunt, nuntiantque Chosroem cum elephantis copiisque suis commorari apud palatium suum, nomine Dystagerdam, pugnamque differre dum reliquos milites contrahat. imperator ergo igni omnia statim vastans ad palatium Dystagerdam accedit. in eo invenit banda Romanorum, quae diversis temporibus Persae ceperant: tum varias rerum species, ut aloen et magna aloes ligna, nec non metaxam, piper, carbasinas camisias innumeras, saccarum, gingiber, argentum, vestes holosericas, pelliceam vestem stragulam, tapetes acu pictos, magna copia. haec omnia, quia ob pondus erant molesta futura, igne cremaverunt. confugerunt etiam ad Heraclium multi captivi Edesseni, Alexandrini, aliarumque nationum ingens multitudo. ibi Theophania festum diem egit. palatia autem Chosroae pretiosissima, admirabilia, et rerum stuporem incutientium plena funditus diruit, ut doceret (sic enim aiebat) Chosroem, quantum doloris Romani percepissent ipso eorum urbes incendente. at vero Chosroes, antequam Dystagerdam Heraclius pervenisset, omnibus insciis perforato urbis muro cum uxoribus et liberis exi-

τὴν ἡμέραν ἀπῆλθε φεύγων κε´, καὶ διελθὼν τὴν Κτησιφῶντα C πέραν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ εἴς τι φρούριον εἰσῆλθε μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τριῶν θυγατέρων αὐτοῦ. τινὲς δὲ τῶν Περσῶν διέβαλον τὸν Σάρβαρον πρὸς Χοσρόην ὡς τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντα, καὶ ἀποστέλλει σπαθάριον αὐτοῦ πρὸς Καρδαρίχαν τὸν συστράτηγον τοῦ Σαρβάρου εἰς Χαλκηδόνα, ἵνα τὸν Σάρβαρον ἀποκτείνῃ καὶ τὸν λαὸν ἀναλαβόμενος σπεύσῃ εἰς Περσίδα. ὁ δὲ τὰ γράμματα κομίζων συλλαμβάνεται περὶ τὴν Γαλατίαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, οἵτινες εἰς τὸ Βυζάντιον αὐτὸν ἀπήγαγον πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ παραχρῆμα μεταπέμπεται Σάρβαρον, καὶ D δείκνυσιν αὐτῷ τὴν πρὸς Καρδαρίχαν ἐπιστολήν. ὁ δὲ πληροφορηθεὶς ποιεῖ συνθήκας μετὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου, καὶ φαλσεύσας τὴν ἐπιστολὴν Χοσρόου ἐντίθησι σὺν αὐτῷ καὶ ἄλλους τετρακοσίους σατράπας καὶ ἄρχοντας καὶ χιλιάρχους ἀποκτανθῆναι. συναθροίσας οὖν ἅπαντας καὶ τὸν Καρδαρίχαν, καὶ ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολήν, ἔφη τῷ Καρδαρίχᾳ "συνορᾷς τοῦτο ποιῆσαι;" οἱ δὲ ἄρχοντες θυμοῦ πλησθέντες τὸν Χοσρόην ἀπεκήρυττον, πρὸς δὲ τὸν βασιλέα συνθήκας ἐποίησαν εἰρηνικάς, ἵνα μηδὲν λυμηνάμενοι ἐπὶ τὰ ἴδια ἀπέλθωσιν. ὁ δὲ Ἡράκλειος P 419 ἔγραψε τῷ Χοσρόῃ περὶ εἰρήνης· ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο, καὶ διὰ τοῦτο ὁ λαὸς ἐμίσησε τὸν Χοσρόην. ὃς πάλιν ἐστράτευσε τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ ἀπέστειλεν ἑνωθῆναι τῷ στρατῷ τοῦ Ῥαζάστου καὶ στῆναι εἰς τὸν Ναρβᾶ ποταμόν, καὶ

12 ποιεῖν P

verat. et qui uno die quinque milia passuum iter facere nequiverat, tunc fuga viginti quinque milia confecit; cumque transivisset Ctesiphontem et ultra Tigrim fluvium pervenisset, in castellum quoddam se cum uxore et tribus filiabus suis abdidit. cum autem quidam Persae Chosroae per calumniam significarent Sarbarum rebus Romanis studere, rex satellitem suum ad collegam eius Cardaricham mittit, qui tum apud Chalcedonem erat, eique mandat ut Sarbarum occidat exercituque recepto in Persidem contendat. tabellarius iste in finibus Galatiae a Romanis interceptus fuit, et Byzantium ad imperatoris filium abductus. is Sarbaro confestim accito literas ad Cardaricham scriptas demonstrat. Sarbarus re certo cognita cum imperatoris filio et patriarcha pacem componit; literisque Chosroae adulteratis, alios quadringentos satrapas principes ac tribunos militum inscribit, quasi eos secum interfici rex iussisset. tum toto exercitu et Cardaricha convocatis epistolam recitat, Cardarichamque interrogavit hocne sibi agendum putaret. principes eam ob rem ira perciti Chosroae regnum abrogant, et cum imperatore pacem faciunt, ea condicione uti absque maleficio domum discedant. Heraclio autem per literas pacificationem requirenti, eam Chosroes cum denegaret, odia sui populi in se concitavit. rursum inde subditorum suorum exercitum cogit, eumque iubet se cum Razastis copiis coniun-

ἅμα τῷ περᾶσαι τὸν βασιλέα κόψωσι τὰς γεφύρας. ὅπερ μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἀνέρχεται εἰς τὸ Σιαζοὺρ, καὶ ἐμπιπρᾷ πᾶσαν τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις. προσερρύη δὲ αὐτῷ Γουνδουφοῦνδος ὁ χιλίαρχος Σαρβάρου καὶ ἄλλοι πολλοί· οἳ καὶ εἶπον τῷ βασιλεῖ
B ὅτι ὁ Χοσρόης μέλλει στέψαι τὸν ὕστατον υἱὸν αὐτοῦ Μερδασάν, καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ Σιρόης οὐ κατεδέξατο, ἀλλὰ προσλαβόμενος ἐμὲ καὶ ἄλλους κβʹ κόμητας καὶ πλῆθος λαοῦ, εἰ μὲν δυνηθῶμεν ἀποκτεῖναι Χοσρόην, χάρις, εἰ δʼ οὔ, πάντες προσρυῶμεν τῇ βασιλείᾳ σου. ταῦτα ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ φιλοτιμησάμενος αὐτὸν πάλιν πρὸς Σιρόην ἀπέστειλε, δηλώσας αὐτῷ ἀνοῖξαι τὰς φυλακὰς καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐξαγαγεῖν καὶ δοῦναι αὐτοῖς ὅπλα καὶ οὕτω κατὰ Χοσρόου κινῆσαι. ὁ δὲ Σιρόης οὕτω ποιήσας ἐπῆλθε τῷ πατροκτόνῳ πατρὶ Χοσρόῃ, καὶ κρατήσας αὐτὸν καὶ κλοιὰ περιθεὶς εἰς σκοτεινὸν κατέκλεισε, καὶ ἄρτον
C ὀλίγον καὶ ὕδωρ διδοὺς αὐτῷ ἐλιμαγχόνησεν αὐτόν. ἀπέστελλε δὲ πάντας τοὺς σατράπας, καὶ ἐνέπτυον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. τοὺς δὲ υἱοὺς αὐτοῦ καὶ τὰ λοιπὰ τέκνα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ κατέσφαξε. μεθʼ ἡμέρας δὲ ιεʹ καὶ αὐτὸν τόξοις ἀνεῖλε. τότε γράφει Σιρόης πρὸς Ἡράκλειον τὴν τοῦ μιαροῦ Χοσρόου ἀναίρεσιν, καὶ εἰρήνην ἀειπαγῆ πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος πάντας τοὺς ἐν Περσίδι αἰχμαλώτους ἀπέδωκεν αὐτῷ σὺν τῷ πατριάρχῃ Ζαχαρίᾳ καὶ τοῖς τιμίοις ξύλοις τοῖς ἐξ Ἱεροσολύμων ληφθεῖσιν ὑπὸ Σαρβαραζᾶ.

gere et ad Narbam amnem consistere, ac pontem, simul ac Heraclius transiisset, rescindere. Heraclius his intellectis ad Siazur (loci nomen id est) redit, urbesque et totam regionem incendio vastat. ibi se ei coniungit Gundufundus, qui sub Sarbaro tribunus militum fuerat, cum aliis multis, et indicat Chosroem statuisse Merdasam filiorum suorum minimum regno inaugurare: Siroen natu maximum id concedere nolle, se aliosque viginti duos comites et magnam hominum multitudinem sibi adiunxisse, et Chosroae exitium moliri; quem si possint interficere, pergratum ipsis fore: sin vero, universos ad Romanos defecturos. haec Heraclius cum probasset, hominem comiter tractatum ad Siroen remisit, eique nuntiavit ut apertis carceribus Romanos educat eosque armatos in Chosroen ducat. Siroes ita uti monitus erat egit, patremque suum Chosroem patricidam adortus cepit, numellaque imposita in tenebrosum carcerem includit, paneque exiguo et aqua praebitis fame enecat. satrapae quoque omnes a Siroe acciti faciem Chosroae conspuerunt. filios et liberos eius, ipso inspiciente, Siroes omnes iugulavit, atque ipsum quinto decimo post die sagittis confecit. inde missis ad Heraclium literis de interitu scelerati Chosroae nuntiat, perpetuam pacem cum eo componit, et captivos, quotquot in Perside erant, omnes reddit, una cum patriarcha Zacharia et venerandis lignis, quae Sarbarazas Hierosolymis abstulerat.

